Nēc quae prāeteriit || hōra redīre potēst. (*Ovidius*)

B. De viro avāro et inhonesto

Vir quidam in ripa fluvii sedēbat. Maestus erat, flebat et lamentābat, nam ascia sua in aquam excidērat. Tum fluvii deus, qui lamenta ejus audivērat, emersit et: «Cur ploras?» – interrogāvit. Tum vir: «Eheu, ascia mea excidit in aquam; faber sum, et asciam novam emēre non possum, pecunia mihi deest. Si autem nullam asciam habuēro, laborāre non potēro, pecuniam nunquam comparābo». Tum deus in aquam se immersit et paulo post evēnit et asciam auream viro dedit. «Estne ea ascia, quam amisisti? Si tuam asciam cognovisti, accipe eam». Negāvit vir probus. Tum deus portāvit aliam asciam, argenteam. Faber autem eam quoque non cepit. Tum deus ejus asciam, ferream, ei dedit. Cognōvit faber suam asciam, cepit eam et deo gratias maxīmas ēgit. Deus virum honestum laudāvit et alias ascias – argenteam et auream – quoque ei donāvit. Faber laetus domum rediit et vicinis de deo fluvii narrāvit. Tum unus vicinōrum ejus ad fluvium

properāvit, asciam suā sponte demīsīt et lamentāre coepit. Tum deus idem emersit, auream asciam viro monstrāvit. «Estne tua?» – interrogāvit. Ille vir: «Mea ascia est!» – clamāvit. At deus irātus: «Vir avārus et inhonestus es, neque auream, neque tuam asciam habēbis». Sic deus dixit et in undas se immersit. Ita vir avārus se ipse asciā privāvit.

Ответьте на вопросы:

1. Cur vir, qui ad fluvium sedēbat, maestus erat? 2. Quid deus viro dedit? 3. Cur vir neque auream, neque argenteam asciam a deo cēpit? 4. Quot ascias deus ei viro donāvit? 5. Cur deus ei viro tres ascias donāvit? 6. Cui is vir de deo fluvii narrāvit? 7. Quid fēcīt unus vicinōrum ejus viri?

Тема 20. Tempora perfecta (заключительный обзор)

Упражнения

1. Раскройте скобки, переведите на русский язык: 1. Aurelia ad puērum, cujus lamenta ab ea audīta erant, (currere – perfectum). 2. Arbōres, quae a sene (serere – futurum II), nepotibus ejus poma (ferre – futurum I). 3. Coquus, qui optīmam cenam (comparare – futurum II), a convīvis (laudare – futurum I). 4. Ad Cornelium convīvae, ab eo invitāti, jam (convenire – plusquamperfectum). 5. Convīvae, qui a Cornelio (invitare – plusquamperfectum), in atrio eum (exspectare – imperfectum). 6. Agricōla, qui agrum male (colere – futurum II), parum frumenti (accipere – futurum I). 7. Ex eo libro, qui a me jam (legere – plusquamperfectum), multa nova (cognoscere – perfectum).

2. Проспрягайте глагол volo в imperf. et plusquamperf. ind. act., глаголы nolo и malo в perf. ind. act.

3. Переведите на русский язык:

De belli Trojāni causa

1. Paris (Alexander) paritur

Troja fuit oppidum magnum in Asia. Olim ibi regnaverat Priāmus. Multa oppida finitima ab eo superata erant. Ita magnas divitias comparavit. Graeci ad oras Asiae saepe navigaverunt. Priāmum ei non amaverunt, nam a nautis Graecis pecuniam postulavit. Sed muri Trojae firmi fuerunt, itaque Priāmus iram Graecorum non timuit.

Nupta Priāmi fuit Hecūba. Multos et claros libēros ei habuērunt. Sed postquam Hecūba Alexandrum pepērit, dei clamavērunt: «O Priāme, is filius tuus, parvus Paris (Alexander), Trojānis magnum pericūlum affēret, nisi eum expulēris!» Verba deōrum Priāmum terruērunt, Lacrīmae nuptae anīmum illīus non movērunt. Servum fidum ad se vocāvit et iussit: «Puērū ex oppīdo effer et in loco deserto, ubi bestiae ferae habītant, relinque!» Sed puēr miser a bestiis non devorātus est. Nam agricōla quidam eum invēnit et in casam suam attūlit, ubi nupta illīus agricōlae Alexandrum magnā cum curā educāvit.

Itāque sevērū consilium Priāmi Trojam non servāvit. Alexander (Paris) enim superfuit et bellum Trojānū postea excitāvit.

2. Alexander (Paris) arbīter declarātur

In Graecia olim habitavērat Peleus, vir valīdus et intrepīdus et deis gratus. Aliquando Juppīter declarāvit: «Thetis, dea marīna, nupta Pelei erit». Itāque Peleus nuptias suas celebrāvit et magnum convivium parāvit. Tum deae et dei, qui invitāti erant, ex Olympo descendērunt multaue dona Peleo et nuptae ejus dedērunt. Magno gaudio dona deōrum eis erant.

Tamen dea Discordia ad convivium non erat invitāta, nam Thetis et Peleus discordiam in nuptiis suis nolēbant. Non placuit id deae Discordiae. Valde irāta ea mālū aureū fabricāvit et in turbam convivārū jecit. Sic Discordia eo mālō, in quo «pulcherrīmae deārū» scripsērat, rixam magnam inter deas excitāvit. Nam Juno, Minerva et Venus id mālū accipēre volēbant. «Meum erit mālū aureū, non tuum!» – clamābant.

Tandem deae Juno et Minerva et Venus ad Olympū venērunt. «O Juppīter, – oravērunt, – rixae nostrae arbīter es, nam ob mālū aureū discordia magna inter nos est». Sed Juppīter, qui sapientiā magnā fuit: «In rixa vestra, – inquit, – arbīter esse nolo. Alexandrum, Priāmi filium, arbītrum facio, ei de rixa vestra judicāre jubēbo». Tum deae ex Olympo ad Alexandrum descendērunt.

3. Alexandri iudicium

Alexander in agris laborābat. Postquam deae in terram descendērunt, formas illārū divīnas magnopere timuit et in silvā finitīmā cucurrit. Deae Alexandrum e silva vocavērunt et de mālō aureo ei narravērunt. «Tu nos judicāre debes, – inquiunt, – et uni nostrum, quae a te pulcherrīma dicta erit, id mālū dāre. Arbīter

deārum eris. Sic Juppīter jussit». Tum gaudium animum Alexandri mōvit. «Propter iudicium meum, – inquit, – semper clams ero».

Postquam Alexander ea verba dixit, Juno et Minerva et Venus magnis promissis animum Alexandri ad sua commōda adducere coepērunt. Juno potentiam ei promīsit, Minerva – sapientiam et sol-lertiam. Post eas Venus: «Si mini mālum aureum dedēris, – inquit, – pulcherrimam feminārum in matrimonium duces». Et addīdit: «Helēna nupta tua erit; eam etiam dei magni amant». Promisso suo Venus victoriam reportavit, nam Alexander neque potentiam, neque sapientiam aut sollertiam voluit. Nunc in animo semper Helēnam videt, tam claram feminam in matrimonio habere vult. Interea magno gaudio Venus mālum aureum in Olympum portāvit. Juno et Minerva autem irātae fuērunt et postea in bello Trojāno semper Graecos adju-vērunt.

Judicium Alexandri fuit causa multōrum periculōrum Trojānis et denique causa exitii Trojae.

4. Raptus Helēnae

Alexander, jam vir pulcher et validus, in agris adhuc habitābat. Venus tamen promissum suum non violāvit: Alexandrum adjuvare et in oppīdum Trojam eum reducere constituit. Itaque, ubi Priāmus ludos magnos indixit et agricōlas in oppīdum ad ludos invitāvit, cum multis amīcis ex agris vēnit Alexander. Turn Venus oculos Priāmi ad Alexandrum vertit; magno gaudio Priāmus clamāvit: «O Hecūba, filium nostrum video. Vivus noster Alexander est!»

Itaque Alexander in oppīdo cum Priāmo et Hecūba habitare coepit. Aliquando in Graeciam navigāvit, ubi multa oppīda clara vidit. Tandem ad oppīdum Spartanōrum, ubi regnābat Menelāus cum Helēna, regīnā suā, vēnit. Formā paene divīnā Helēnae animus advēnae Trojāni magnopere motus est. «Non jam Menelāi, – inquit sibi Alexander, – Helēna erit nupta: promisso suo Venus eam mini dat».

Tum forte Menelāus procul ab oppīdo suo fuit. Verbis multis tenerisque Alexander animum regīnae permōvit et tandem cum ea ex Graecia Trojam navigāvit. Menelāus ob tantam injuriam valde irātus socios ad arma vocāvit: sic nuptiae Pelei et mālum aureum, a Discordia jactum, Graecos ad bellum excitavērunt.

Тема 21. Declinatio tertia

casus	sing.		pl.	
	<i>m, f</i>	<i>n</i>	<i>m, f</i>	<i>n</i>
nom.	-s / нулевое	нулевое	-ēs	-ā (-iā)
gen.		-is		-um (-ium)
dat.		-ī		-ībus
acc.	-em	nom. sg.	-ēs	nom. pl.
abl.		-e (-ī)		-ībus
voc.	nom. sg.	nom. sg.	nom. pl.	nom. pl.

Упражнения

1. Переведите на русский язык, просклоняйте: ille homo honestus, ea vulpes callida, id flumen longum.

2. Заполните пропуск окончанием, выбрав его из колонки справа. Переведите на русский язык:

1. Nav... nostrae ad Asiam navigavērunt. 2. Cum multis host... milīt... Romāni pugnāvērunt. 3. Is vir multos pisc... in alto flumīn... cepit. 4. Dux arma ei milīt... dat. 5. Mater eam virgīn... vocat. 6. Eis homīn... semper credo. 7. Nomīn... eōrum homīn... mihi ignōta sunt. 8. Verbis ejus virgīn... semper credo. 9. Oper... eōrum scriptōr... clara sunt. 10. Aqua ejus font... pura est. 11. Muri eārum urb... bene muniti sunt. 12. Milīt... Romāni multas urb... in Gallia expugnāvērunt.	is em e es ā um ium ībus i
--	--

3. Заполните пропуск предлогом, выбрав его из колонки справа. Переведите на русский язык:

1. Vita... amīcis plena dolōris est. 2. Romāni saepe... Gallis pugnāvērunt. 3. Romāni saepe... Gallos pugnāvērunt. 4. Capitolium, arx Romanōrum, ... Gallis expugnātum non erat. 5. Germāni... se vinum non importābant. 6. Hannībal primus ... copiis Alpes superāvit. 7. Publius Cornelius Scipio Poenos... Hispania expulit. 8. Finis... opēre coronātur (proverbium). 9. Alexander Magnus Persas ... Granīcum flumen vicit. 10. Si necessarium erit, ...hostes patriae nostrae pugnabimus. 11. Nihil... ratiōne homīnes facere debent. 12. Multae naves... Sicilia... Africam milītes Romānos transportāvērunt. 13. Mihi ... illo homīne multa negotia sunt. 14. Verum consilium tibi ... tempore dabitur. 15. Helvetii ... Caesāre... Galliā victi sunt. 16. Postquam milītes ...	cum a (ab) sine contra - ad apud e (ex) in ante
--	--

unum locum adducti sunt, imperātor... eos oratiōnem habuit. 17. Mater... puēris parvis ambulāre debet. 18. Milītes honesti... muliēres puerosque nunquam arma capiunt. 19. Verus amīcus ... pecuniā non parātur. 20. Homīnes antīqui opēra sua scribēbant... voluminībus, ... papyro factis. 21. Vetus Roma... Romūlo...sinistrā ripā Tibēris condita est. 22. Ubi Caesar advēnit, Helvetii legātos ... eum misērunt rogāturn auxilium.

4. Переведите на русский язык:

A. Virgīnis Iphigeniae sacrificium

Postquam Paris ab hospīte Menelāo e Lacedaemōne Helēnam abduxit, nuntii ad multas urbes Graeciae missi sunt. «Menelāus, – clamābant, – bellum contra Trojānos gerere constituit; milītes ab eo ad illud bellum vocantur». Nec frustra Menelāus nuntios dimisit. Multi milītes ad eum venērunt, multae naves ad navigatiōnem parātae sunt.

Sed Agamemnon, frater Menelāi, milītum Graecōrum dux, olim cervam sacram Diānae occidērat; itāque dea irāta ventum secundum navibus Graecōrum non dabat. «Agamemnon, – inquit, – cervam meam occidit; pro eā virgo Iphigenia, Agamemnōnis filia, mihi sacrificāri debet». Multis cum lacrimis Agamemnon verba Diānae audīvit. Iphigeniam, filiam suam, valde amābat, sed milītes ejus sacrificium virgīnis postulābant et eum ob moram culpābant.

Tandem virgo a patre in castra advocāta est. Postquam illa advēnit: «Ob causam diram, – inquit pater maestus, – te advocāvi: ventum secundum diu frustra rogāvīmus, nam ipsa Diāna naves nostras hic retinet. Ob mortem cervae suae, a me occīsaе, vitam tuam postulat». Tum virgo intrepīda: «Non pater, – inquit, – sed dea causa mortis meae erit. Si morte mea ventus secundus et postea laus in bello cum Trojānis Graecis dabitur, mortem non timēbo». Sic ob virtutem virgīnis Iphigeniae navibus Graecōrum ventus secundus datus est. In eis navibus milītes Graeci ad Trojam navigavērunt.

B. 1. Pars pro toto. 2. Si vox est, canta! 3. Nemo iudex in propria causa. 4. Nulla calamitas sola. 5. Dura lex, sed lex. 6. Amīcus Plato, sed magis amīca veritas. 7. Consuetudo est altēra natūra. 8. Mel in ore, verba lactis, fel in corde, fraus in factis. 9. Barba crescit, caput nescit. 10. O tempōra, o mores! 11. Cum grano salis. 12. Nomīna sunt odiōsa. 13. Tempōra mutantur et nos mutāmur in illis. 14. Caput

mundi. 15. Per fas et nefas. 16. Veritas – temporis filia. 17. Jus gentium. 18. Panem et circenses. 19. Ovem lupo committere. 20. Vulpes pilum mutat, non mores. 21. Urbi et orbi. 22. Homo proponit, sed deus disponit.

5. Переведите на латинский язык:

1. Елена, жена Менелая, была похищена троянцем Парисом. 2. Агамемнон, царь Микен, был вождем греков. 3. Греческие воины хотели плыть в Трою на кораблях, но боги долго не давали им попутного ветра. 4. После того как Ифигения, дочь Агамемнона, была принесена в жертву богине Диане, кораблям был дан попутный ветер и греки отплыли в Трою. 5. Многолюден погибло (=многие люди погибли) в Троянской войне. 6. Троянская война описана в «Илиаде» и «Одиссее», произведениях Гомера.

6. От каких латинских слов происходят эти русские слова: навигация, номинация, салют, адвокат, вентиляция, витамин, урбанизация, филиал, мультипликация, милитаризация, госпиталь.

Тема 22. Declinatio tertia. Participium praesentis activi

Образование Participium praesentis activi

основа инфекта +	-ns (I-II спряжения)
	-ens (III-IV спряжения)

Упражнения

1. Переведите на русский язык, просклоняйте: ille eques audax; id exemplar utile; ista securis acris.

2. Образуйте от глаголов part. praes. act., переведите на русский язык: studeo, do, describo, venio, adjuvo, adolesco.

3. Переведите на русский язык:

A. De animalibus

Sunt multa genera animalium. Animalia vivunt et in terra, et in aqua, et in aere. Nam aliae bestiarum terrestres sunt, partim aquatiles, aliae quasi ancipites, in utraque sede viventes. Animalium marinorum maximus est cetus, delphinus – velocissimus. In regionibus Asiae et Africae terra marique rara exemplaria animalium habitant. Varias sunt formae et voces animalium, diversae facultates eorum. Homo quoque animal est, sed animal sociale. Ratione, lingua, mente cetera animalia ab homine superantur.

B. Illustria nomina

Caesāri nomen fuit Julius. Id est nomen gentīle. Praenōmen Caesāri – Gaius. Caesar est cognōmen. Horatio praenōmen fuit Quintus, cognōmen – Flaccus; Horatius est nomen gentīle. Cicerōni praenōmen fuit Marcus, nomen gentīle – Tullius; Cicēro est cognōmen. Vergilio cognōmen Maro fuit, praenōmen – Publius; Vergilius est nomen gentīle. Sallustio praenōmen fuit Gaius, cognōmen – Crispus; Sallustius est nomen gentīle. Tacīto nomen gentīle est Cornelius, praenōmen – Publius; Tacītus est cognōmen.

Carmīna Q. Horatii Flacci in omnibus terrae partibus homines semper legērunt et nunc legunt. Opēra M. Tullii Cicerōnis et carmīna P. Ovidii Nasōnis etiam nunc magnam laudem habent. Opēra historica C. Sallustii Crispi et P. Cornelii Tacīti itērum iterumque legimus. Alter de conjuratiōne Catilīnae et de bello Jugurthīno narrāvit, alter de historia Romanōrum ab aetate Augusti usque ad Nerōnis aetatem scripsit.

C. 1. Vita brevis est, ars longa. 2. Similia similibus curantur. 3. Omnia mea mecum porto. 4. Vim vi repellere licet. 5. Sapienti sat. 6. Sero venientibus ossa. 7. Addere calcaria sua sponte currenti. 8. Causa causalis. 9. Injuria verbalis. 10. Injuria realis. 11. Nullum crimen sine poena, nulla poena sine lege, nullum crimen sine poena legali. 12. Non est ad astra mollis e terra via. 13. Sol omnibus lucet. 14. Amor omnia vincit. 15. Vir morum veterum. 16. Volens – nolens.

4. От каких латинских слов происходят эти русские слова: мораль, навигация, корпорация, фортификация, акселерация, омнибус, солярий, ветеран, легальный, артист, аббревиатура, партия.

Тема 23. Declinatio quarta

casus	sing.		pl.	
	<i>m</i>	<i>n</i>	<i>m</i>	<i>n</i>
nom.	-us	-ū	-ūs	-uā
gen.	-ūs		-uum	
dat.	-uī	-ū	-ībus	
acc.	-um	-ū	-ūs	-uā
abl.	-ū		-ībus	
voc.	-us	-ū	-ūs	-uā

Упражнения

1. Переведите на русский язык и просклоняйте: ille casus felix; id gelu acre; ea manus fortis; is lacus frigīdus.

2. Переведите на русский язык:

A. 1. Hannībal exercitū trans Alpes in Italiam jam duxerat. 2. De adventu hostium equitatūs exploratōres nuntiavērunt. 3. Dux milītes suos in dextro cornu constituit. 4. Portūs Britanniae non erant noti Caesāri. 5. Magna hostium manus in conspectu castrōrum Romanōrum visa est. 6. Loca aspēra equitatu valde periculōsa erunt. 7. Canes tauri cornua non timent. 8. Mini genua dolent. 9. Hannibālīs adventu incōlae Alpium non terrīti sunt. 10. Virtus milītum semper a ducibus exercituum laudātur. 11. Multae naves in portūbus Afrīcae fuērunt. 12. Virgīnes corōnas pulchras rosārum in manibus habuērunt. 13. Jussu consūlis navis longa trans mare in portum Graeciae festināvit. 14. Multos et magnos pisces in lacubus saepe vidimus. 15. Nonnulli puēri sinistrā manu bene scribunt. 16. Ut magistratibus leges, ita popūlo magistrātūs praesunt; magistrātūs legum ministri sunt, iudices – legum interpretēs.

B. Agamemnōnis Achillisque jurgium

Post Iphigeniae sacrificium naves Graecōrum cum magno exercitū, qui ex peditātu et equitātu constābat, ad Asiam appropinquavērunt. Ibi Hector, clarus dux Trojānus, qui electae manui prae-fuit, Graecos exspectābat. Diu atque acriter ab utrisque pugnātum est, sed tandem equitātus Graecōrum Trojānos fūdit fugavitque. Postquam Graeci victoriam reportavērunt, naves a se e mari in litus tractae et castra, vallo fossaque munīta, posita sunt.

Agamemnon, dux Graecōrum, praesidium in castris reliquit, ipse autem cum exercitū ad urbem Trojam festināvit. Sed, ubi firmos ejus urbis muros vidit, milītes suos ab urbe reduxit et in castra rediit.

Tum, jussu Agamemnōnis, manus Graecōrum finitima oppīda, in quibus Trojanōrum socii habitābant, expugnāre coepērunt. Uni manuum Achilles, Pelei filius, qui alios Graecos virtūte superābat, praefuit. Is cum manu suā multā hostium oppīdā expugnāvit, divitias magnas, captīvōs, virgīnes pulchras cēpit. Fuit inter eas virgīnes una, Brisēis nomīne, quam Achilles valde amāvit. «Amo te, – inquit, – tu mihi uxor eris».

Sed Agamemnon, postquam Briseīdem vidit, quoque eam amāvit. «Ego dux Graecōrum sum, – Achilli dixit. – Tu mihi

Briseïdem tradēre debes, mea uxor ea virgo erit». Valde irātus Achilles fuit. Virgīnem Agamemnōni tradens: «Tu, – inquit, – in castris mansisti tutus, dum ego hostium oppīda oppugnāvi. At praedam meam et omnia, quae alii milītes acriter pugnantes quaesivērunt, tibi capēre vis. Sed ego servus tuus esse nolo». Sic dicens, Achilles castris abiit et Graecos in bello adjuvāre destītit.

C. 1. Doctrīna est fructus dulcis radīcis amārae. 2. Natūra incīpit, ars dirīgit, usus perfīcit. 3. Nihil semper suo statu manet. 4. Leo ex ungue, arbor e fructu cognoscitur. 5. Imāgo anīmi vultus est. 6. In saltu uno duos apros capēre. 7. Per risum multum potēris cognoscere stultum. 8. Usus est optīmus magister. 9. Quot capīta, tot sensūs. 10. Lapsus linguae. 11. Lapsus calāmi. 12. Casus belli. 13. Status belli. 14. Consensu omnium. 15. Consensus gentium. 16. Status praesens. 17. Status quo ante bellum. 18. Status in statu. 19. Tacīto consensu. 20. Manus manum lavat. 21. Pro domo mea. 22. Manu intrepīda. 23. Manibus puris. 24. Domi mansit, lanam fēcīt (или: domi sedet, lanam ducit). 25. Casus improvīsus.

3. Переведите на латинский язык:

1. На берегу озера была маленькая деревня. 2. В деревне было большое и глубокое озеро; в озере было много рыб (= были многочисленные рыбы). 3. У оленя есть (=олень имеет) длинные рога. 4. Многие животные превосходят человека зрением и слухом, но человек превосходит всех разумом. 5. Собаки – сторожа домов. 6. Жители Альп уже знали о прибытии войска Ганнибала. 7. Собаки сражаются зубами, быки – рогами, человек – руками и оружием. 8. Римляне обратили в бегство левый фланг врагов. 9. Дай мне твою руку! 10. У тебя (=ты имеешь) красивые руки.

4. От каких латинских слов происходят эти русские слова: консенсус, фрукт, казус, статус, конспект, дефект, порт, жест, объект, транзит.

Тема 24. Declinatio quinta. Pronomina negativa.

Pronomina indefinita

Пятое склонение

casus	sing.	pl.
nom.	-ēs	-ēs
gen.	-eī / eī	-erum

dat.	-ēī / eī	-ēbus
acc.	-em	-ēs
abl.	-ē	-ēbus
voc.	-ēs	-ēs

Отрицательные местоимения

casus		sing.	
nom.	nemo		nihil
gen.	nullius (nemīnis)		nullius rei
dat.	nemīni (nulli)		nulli rei
acc.	nullum (nemīnem)		nihil (nullam rem)
abl.	nemīne (nullo)		nullā rē

Упражнения

1. Переведите на русский язык, просклоняйте: *is dies difficilis, ea res publica felix, illa spes bona.*

2. Переведите на русский язык:

A. 1. *Verba consulis civium animos spe compleverunt.* 2. *Pecuniam tibi postridie ejus diei mittam.* 3. *Res publica bona leges bonas habet.* 4. *Initia multarum rerum difficilia sunt.* 5. *Scipio, dux Romanorum, exercitum in aciem triplicem instruxit.* 6. *Virtus necessaria est in rebus adversis.* 7. *Partem equitatus dux per planitiem misit.* 8. *Di (=dei) res secundas non omnibus dant.* 9. *Spes praemii juvenis animum complevit.* 10. *Initio diei virginis templum intraverunt.* 11. *Castra hostium in planitie erant.* 12. *Res adversas homines saepe moleste ferunt.* 13. *Hannibalis acies jam in conspectu fuerat.* 14. *Sunt multa rerum publicarum genera.* 15. *In rebus secundis facile est multos amicos habere.* 16. *Nolite puerorum animos spe praemiorum complere.* 17. *Quando di res secundas rei publicae Romanae dabunt?* 18. *Quis corpus consulis Romani, in proelio occisi, ex acie portavit?*

B. De Hectoris et Achillis morte

Dum Achilles in tabernaculo suo manet neque jam Graecos adjuvat, Hector, Priami filius, multis cum militibus castra Graecorum oppugnavit. «O milites Trojani, – clamavit, – dei spem victoriae nagnae nobis dant: Achilles diu nos terruit, sed nunc, ob injuriam Agamemnoni iratus, suis auxilium negavit; tempus est nobis Graecos vincere et ex Asia expellere». Et Trojani, eis verbis commoti, ad castra Graecorum festinaverunt.

Fuit in exercitu Graecorum vir eximia fide fortitudineque, Patroclus nomine, optimus Achilles amicus. Cum primum hostes non

procul a castris Graecōrum visi sunt, Achilles Patrōclum in pugnam misit. Is intrepīde contra Trojānos pugnāvit et primo eos fugāvit. Postea tamen ipse Hector cum Patrōclo manūs conseruit. «Non jam, – inquit, – Achilles amīcum suum carum habēbit, nam ad infēros te misēro». Ea verba dicens, statim hastam in Patrōcli cor infigit.

Tum, irā magnā commōtus, Achilles tabernacūlum reliquit et in proelium cucurrit, perniciem amīci sui can vindicāre volens. Multos hostes occīdit, postea ad Hectōrem oculos vertens: «Mortuus Patrōclus, – inquit, – mortem tuam postulat». Diu inter eos pugna atrox fuit, tandem Hector ab Achille occīsus est. Sed ne mors illius quidem Achilli satisfēcit. Corpus Hectōris, ad suum currum alligātum, ter circum muros Trojae traxit. Omnes Trojāni multis cum lacrimis id spectābant.

At Achilles quoque mortem non vitāvit. Nam Paris, quern ipse Apollo adjūvit, sagittā, e muris missā, occīdit eum, neque Thetis dea filium suum a pernicie servāre potuit.

Ответьте на вопросы:

1. Quis castra Graecōrum oppugnāvit? 2. Quis Trojānos diu terruit? 3. Quern Achilles contra Trojānos pugnātum misit? 4. Quomōdo Patrōclus pugnāvit? 5. Quocum Hector manus conseruit? 6. A quo Patrōclus occīsus est? 7. Quocum Achilles pugnāvit? 8. Quem Achilles occīdit? 9. Quod maleficiū Achilles commisit? 10. A quo Achilles occīsus est?

C. 1. Pulchra res homo est, si homo est. 2. Res publicā est res popūli (Cicēro). 3. Amīcus certus in re incerta cernitur. 4. Amīcus verus amōre, more, ore, re cognoscitur. 5. Contra spem spero. 6. Felix, qui potuit rerum cognoscere causas (Vergilius). 7. Nihil agentī dies longus est. 8. Carpe diem (Horatius). 9. De nihilo nihil. 10. Dies diem docet. 11. Est modus in rebus. 12. Neminem cito lauda, neminem cito accūsa! 13. Nullus prophēta in patria sua. 14. Sua quisque facta ad caelum fert. 15. Rem tetigisti acu. 16. Re, non verbis. 17. Spem pretio non emo. 18. Neminem laede! 19. Nihil est tam populāre, quam bonitas. 20. Nil (=nihil) sub sole novum. 21. Nil, nisi bene. 22. Nil posse creāri de nihilo. 23. Nil sine magno labōre dedit vita mortalibus (Horatius).

3. Переведите на латинский язык:

1. Речь Цезаря укрепила дух (=души) воинов и дала им надежду на победу. 2. Зимой ночи длинные, дни короткие. 3.

Философы часто рассуждают о делах общественных. 4. Друзья медленно спускались на равнину по склону горы. 5. Практика (опыт) во всех делах (=всех дел) учитель. 6. Тот друг, кто в трудном деле делом помогает. 7. Во главе римской республики стояли два консула. 8. Надежда – единственное утешение в несчастиях. 9. Я живу между страхом и надеждой. 10. Галлы определяют промежутки времени не числом дней, а числом ночей.

Тема 25. Система латинского склонения.

Pronomen demonstrativum hic, haec, hoc

casus	<i>sing.</i>			<i>pl.</i>		
	<i>m</i>	<i>f</i>	<i>n</i>	<i>m</i>	<i>f</i>	<i>n</i>
nom.	hic	haec	hoc	hī	hae	haec
gen.		hujus		hōrum	hārum	hōrum
dat.		huic			hīs	
acc.	hunc	hanc	hoc	hōs	hās	haec
abl.	hōc	hāc	hōc		hīs	

Упражнения

1. Переведите на русский язык, просклоняйте: hic mos Romānus, haec porticus antiq̄ua, hoc flumen periculōsum.

2. Определите тип склонения у существительных:

judex, icis <i>m</i>	species, ei <i>f</i>	ira, ae <i>f</i>
calcar, āris <i>n</i>	caelum, i <i>n</i>	jus, juris <i>n</i>
porticus, us <i>f</i>	pemicies, ei <i>f</i>	sitis. is <i>f</i>
tabūla, ae <i>f</i>	vectīgal, ālis <i>n</i>	usus, ūs <i>m</i>
dens, ntis <i>m</i>	proverbium, i <i>n</i>	anīma, ae <i>f</i>
terror, ōris <i>m</i>	gradus, ūs <i>m</i>	frater, tris <i>m</i>
cor, cordis <i>n</i>	gladius, i <i>m</i>	ordo, īnis <i>m</i>
faber, bri <i>m</i>	carcer, ēris <i>m</i>	spelunca, ae <i>f</i>
casus, ūs <i>m</i>	orbis, is <i>m</i>	insigne, is <i>n</i>
frons, ntis <i>f</i>	grex, gregis <i>m</i>	socius, i <i>m</i>

3. Определите тип склонения у существительных:

fidē	tabūlā	virginē
signō	exemplārī	audītū
impētū	ocūlō	mensā
lucē	puppī	fontē
mentē	auxiliō	cochleārī
equitātū	capītē	obsīdē

arbōrē	praedā	domīnō
partē	frigōrē	calcārī
4. Определите тип склонения у существительных:		
tabulārum	diērum	signōrum
civium	magistratuum	bestiārum
locōrum	juvēnum	annōrum
montium	fabulārum	regiōnum
graduum	pedītum	ducum
populōrum	corpōrum	insignium
virginum	consiliōrum	leōnum
alārum	hirundīnum	oppidōrum

5. Переведите на русский язык:

A. De nauta et agricōla

Mores et studia nautae et agricōlae diversa sunt. Hic stabīlem habet locum, ille locum mutat. Ab hoc mores antīqui servantur, ille mores aliēnos amat. Hujus vita tranquilla est, illīus periculōrum plena. Hunc agri et prata, illum flumīna et maria, per quae navīgat, delectant. Sermōnes quoque nautārum et agricolārum diversi sunt. Ut ait poēta:

«Návīta dé ventís, || de táuris nárrat arātor,
 Énumérát milés || vúlñěra, pástor – ovés» (*Propertius*).

Ответьте на вопросы:

1. Cujus mores et studia diversa sunt? 2. Quis stabīlem habet locum? 3. Quis locum mutat? 4. Cujus vita tranquilla est? 5. Cujus vita periculōrum plena est? 6. Quid nautam delectat? 7. Quid agricōlam delectat? 8. Quibus de rebus nautae sermōnes habent? 9. Quibus de rebus agricōlae sermōnes habent?

B. De Germānis

I

Gemania omnis a Gallis Raetisque et Pannoniis Rheno et Danuvio fluminībus, a Sarmatis Dacisque mutuo metu aut montībus separātur.

Habītus corpōris idem est omnībus Germānis: truces et caerulei oculī, magna corpōra et tantum ad impetum valida. Labōris atque operum non eadem patientia est; minime sitim aestumque tolerant, frigora autem et inedia tolerāre assuevērunt. Terra eōrum in univēsum aut silvis horrida aut paludībus foeda.

Reges ex nobilitate, duces ex virtute sumunt. Nec regibus infinita potestas est. Neque vincere, ne verberare quidem nisi sacerdotibus permissum est. Ita credunt se poenas non iussu ducis habere, sed velut deo imperante.

Deorum maxime Mercurium colunt, cui homines immolant. Herculem et Martem caesis animalibus placant.

(no Tac. Germania 1, 4, 5, 7, 9)

II

Cimbri et Teutoni erant gentes Germanorum. Temporibus antiquis novas sedes toto orbe quaerebant et miserunt legatos ad senatum Romanum terram petentes. Repulsi autem id, quod precibus non potuerant, armis petebant et in Galliam Cisalpinam, quae erat provincia Romanorum, migrabant. Adventus Germanorum non solum incolis Galliae, sed etiam civibus Romanis, senatui magistratibusque Romanis magno metui fuit, quia semper Germani victores fuerant.

Tum in exercitu Romano C. Marius consul, homo insigni fortitudine, erat. Marius Teutonos sub ipsis Alpium radicibus proelio oppressit. Victis Teutonibus in Cimbros convertitur. Victoriae Marii civitatem Romanam magno metu liberaverunt. Senatus populusque Romanus et imperatori et exercitui post reditum maximas gratias habebant. Reliquiae exercitus Cimbrorum et Teutonorum domum evaserunt.

(no Florus, Epitome II, 37)

Тема 26. Adjectiva. Gradus comparisonis

Образование сравнительной степени прилагательных

для *m, f*: основа + *ior* (gen. sing. *-ioris*)

для *n*: основа + *ius* (gen. sing. *-ioris*)

Образование превосходной степени прилагательных

1. Основа + *-issimus, a, um*

2. Nom. на *-er + -rimus, a, um*

3. Основа + *-limus, a, um*

(*facilis, -e; difficilis, -e; similis, -e; dissimilis, -e; humilis, -e; gracilis, -e*)

Супплетивные степени сравнения прилагательных

gradus positivus	gradus comparativus	gradus superlatives
bonus, a, um	melior, ius	optĭmus, a, um
malus, a, um	peior, ius	pessĭmus, a, um
magnus, a, um	maior, ius	maxĭmus, a, um
parvus, a, um	minor, minus	minĭmus, a, um
multi, ae, a	sing. m, f - ; n plus	
	pl. plures, plura	plurĭmi, ae, a

Упражнения

1. Образуйте степени сравнения от прилагательных, переведите на русский язык: carus, a, um; gravis, e; audax, ācis; gracĭlis, e; miser, ěra, ěrum; strenuus, a, um; utilis, e.

2. Переведите на русский язык, просклоняйте: lapis gravior, iter brevius, virgo pulcherrĭma.

3. Переведите на русский язык:

A. Ad Cicerōnem

Dĭsertĭssĭme Rōmŭlĭ nepōtum,
 Quōt sunt quōtque fuĕre, Marce Tŭlli,
 Quōtque pōst aliĭs erŭnt in ānnis,
 Grātĭās tibi mĕxĭmās Catŭllus
 Āgit, pĕssĭmus ōmniŭm poĕta,
 Tānto pĕssĭmus ōmniŭm poĕta,
 Quānto t(u) optĭmus ōmniŭm patrōnus.

(Catull. 49)

B. De vellĕris aurei origĭne

Athāmas, Hellae et Phrixi pater, uxōrem novam, cui nomen Inó erat, in matrimonium duxit. Inó, quae erat formā pulcherrĭmā, sed more crudelissĭmā, libĕros ob invidiam occidĕre constituit. Erat tum per omne regnum (nam Athāmas rex Orchomĕni erat) maxĭma cibi inopia propter sterilitātem agrōrum, quae res Inōnem magno gaudio affĕcit. Hanc calamitātem causam perneciĕi liberōrum facĕre voluit. Ad Athamantem se conversus: «Morte, – inquit, – miserrĭmā peribĭmus, nisi statim Phrixum deis irātis sacrificaverĭmus».

Sed Mercurius, a Nephĕla, dea nubium, Hellae et Phrixi matre, admonĭtus, auxilium innocentĭbus libĕris parāvit. Ariĕtem mirum e caelo misit, qui vellus aureum alasque longas habĕbat. Nocte aries silentio in terram descendit et: «Inó, – inquit libĕris, – mortem vobis parāvit; si eam fugĕre vultis, mecum abĭte! Iter periculōsum inibĭtis,

sed tutius erit sine mora discedere, quam fatum miserrimum hic exspectare».

Tum libēri intrepīdi in tergum arietis ascendērunt, vellus aureum manibus tenentes. Volāvit aries statim ad caelum et alis suis celerrimis illos per nubes ad longinquam stellārum lucem portāvit. Stupefacti libēri magis, quam territi sunt. Postquam lux prima solem in caelum reduxit, e sede sua altissīma insulas maris, Asiae urbes, fluvios, silvas attoniti spectavērunt.

Sic ambo libēri salutem petivērunt, sed non ambo mortem vitavērunt: Hella enim, itinere longo defessa, magno clamore e tergo arietis in mare cecidit, quod ab ea nomen Hellespontum accēpit. Phrixus autem tutus in terram Colchōrum venit, quorum rex Aeēta puerum salutavit et arietem divinum Jovi sacrificāvit. Magnā curā servavit Aeēta vellus aureum, quod ex eo tempore draco in silva finitima custodiēbat.

Ответьте на вопросы:

1. Quis fuit Athāmas? 2. Quam uxorem Athāmas habuit? 3. Cur per omne Athamantis regnum maxīma inopia cibi fuit? 4. Quid Ino facere voluit? 5. Quis liberos servavit? 6. Cujus auxilio libēri fugere potuerunt? 7. Ambōne libēri mortem vitavērunt? 8. Quid Hellae accidit? 9. Quid Phrixo accidit? 10. Quid arietī divīno accidit? 11. Quis vellus aureum custodiēbat?

C. 1. Gravius est malum omne, quod sub aspectu boni latet. 2. Interdum major pars meliorem vincit. 3. Risu inepto res ineptior nulla est. 4. Honores mutant mores, sed raro in meliores. 5. Adversas res meliores facit amicitia. 6. Spero meliōra. 7. Usus est magister omnium rerum optīmus. 8. Quō quisque sapientior est, eō modestior est. 9. Tardiōra sunt remedia, quam mala. 10. Flamma fumo est proxīma. 11. Potior est periculōsa libertas quiēto servitio. 12. Si melius quid habes, arcesse! 13. Potissīmus est, qui se habet in potestāte. 14. Ad meliōra tempōra. 15. More majōrum. 16. In optīma forma. 17. Dii minōrum gentium. 18. Cede majōri! 19. Ultimum refugium. 20. Ultimum vale. 21. Ultima ratio.

4. Переведите на латинский язык:

1. Живая собака лучше мертвого льва. 2. Марк – лучший из всех учеников. 3. Дельфин – самое быстрое из всех морских животных, кит – самое большое. 4. Земля больше луны, но меньше солнца. 5. Цицерон – самый знаменитый из римских ораторов. 6.

Свет быстрее звука. 7. Золото тяжелее и дороже серебра. 8. Из всех галлов белги были самыми храбрыми.

Тема 27. Adverbia

Образование наречий от прилагательных I-II и III склонений

Прилагательное	Наречие	Сравнительная степень наречия	Превосходная степень наречия
latus, a, um	late	latius	latissime
pulcher, pulchra, pulchrum	pulchre	pulchrius	pulcherrime
liber, libera, liberum	libere	liberius	liberrime
acer, acris, acre	acriter	acrius	acerrime
brevis, e	breviter	brevius	brevissime
felix, felicitis	feliciter	felicius	felicissime

Супплетивные степени сравнения наречий

gradus positivus	gradus comparativus	gradus superlatives
bene	melius	optime
male	peius	pessime
magnopere	magis	maxime
parum	minus	minime
multum	plus	plurimum

Упражнения

1. Образуйте наречия и их степени сравнения от прилагательных, переведите на русский язык: latus, a, um; miser, ĕra, ĕrum; turpis, e; sapiens, ntis; felix, ĩcis.

2. Заполните пропуск наречием из колонки справа. Переведите на русский язык:

1. Aestāte sol ... lucet, quam hiĕme. 2. Semper in proeliis eis maxĭmum est pericŭlum, qui ... timent; audacia pro muris habĕtur. 3. Canes ... currunt. 4. Equi ... currunt, quam canes. 5. Romāni ... cum hostĭbus pugnābant. 6. Bonus imperātor non ... mente, quam vi vincĕre debet. 7. Dux hostium sagittā ... vulnerātus est. 8. Romae templa ... ornāta sunt. 9. Iudex testem falsum ... vituperāvit. 10. Nul-lum testem habĕre ... est, quam falsum.

velocius
melius
clarius
aspĕrĕ
maxĭme
pulcherrĭmĕ
velocĭter
gravĭter
minus
fortĭter

3. Переведите на русский язык:

A. 1. Socrātes a iudicibus injuriā accusātus est. 2. Milītes fortius hodie, quam heri pugnāvērunt. 3. Is beneficium bis dat, qui celerīter dat. 4. Corpus, etiam si mediocrīter aegrum est, sanus non est; itāque valetudinē tuam diligenter curā. 5. Melius erit hunc montem lenīter cautēque, quam brevīter ascendēre. 6. Homīnes plus oculis, quam auribus credunt. 7. Si vis alium accusāre, propriam vitam prius inspice. 8. Jucundissimum est amāri, sed non minus amāre. 9. Femīnam meliōrem, quam uxor mea, non facīle invenies! 10. Omne bellum facīle incīpit, aegerrīme desīnit. 11. Omnes stulti sunt sine dubio miserīmi, maxīme quod stulti sunt. 12. Galli omnium deōrum maxīme Mercurium colunt. 13. Hibernia dimidio minor est, quam Britannia. (Caesar) 14. Sol multis partibus major est, quam universa terra. 15. Tanto brevius tempus, quanto felicius est.

B. De Jasōne et Argonautis

Jaso fuit filius Aesōnis, regis Iōlci, quem frater Pelias ex regno ejus expulērat. Postquam Jaso adolēvit, regnum paternum a patruo petēre constituit. Itāque ad urbem Iōlcum iter longum solus iniit. Mox ad fluvium latissimum venit, quem primo transire timēbat. Repente in ripa anum vidit, quae auxilium voce humīli rogāvit. «Non est mihi, – inquit, – ut tibi corpus valīdum; si per aquam me misēram portābis, magnopēre me adjuvābis».

Verba femīnae animum Jasōnis movērunt neque jam aquam inīre timet. Descendit intrepīde in ripam, fluvium intrat et tandem defessus anum tutam in altēram ripam portat. Sed ibi rem miram videt: repente formam suam mutat anus, nec jam femīnam videt Jaso, sed deam, deinde verba mirissīma audit: «Ego, – inquit dea, – Juno sum et, quod me adjuvisti, auxilium meum exinde tibi promitto».

Sed Jaso in fluvio soleam amisērat et altēro pede nudo in regnum patruī vēnit. Quem ubi vidit Pelias, magnopēre timuit, nam a deis hoc oracūlum ei datum est: «Cave virum pede nudo!». Itāque, ubi Jaso magnā voce regnum paternum ab eo poposcit, Pelias: «Primo, – inquit, – vellus aureum a Colchis afferre debes!» Sic Pelias in maxīmum pericūlum Jasōnem misit, nam mortem ei, salūtem sibi sperābat.

Tum Jaso ad se vocāvit Argum, fabrum notissimum, cui: «Pelias, – inquit, – a me vellus aureum petīvit; si mihi navem celerrīmam arte tuā aedificavēris, gloriam maxīmam inter omnes Graecos habēbis».

Verba Jasōnis Argo placēbant neque solum navem aedificāre, sed cum Jasōne ipse ire constituit. Auxilio Minervae navem miram (cui nomen «Argo» dedit) fabricāvit, quae sine gubernatōre per undas maris navigāre potērat.

Deinde princīpes Graeciae rogātu Jasōnis ad urbem Iōlcum a nuntiis convocāti sunt. «Auxilio vestro, – dicēbant nuntii, – eget Jaso, qui cum viris fortissimis iter periculōsum perficēre vult. Si virtūtem amātis, gloriam aeternam cum Jasōne comparabītis». Tum ad Jasōnem princīpes quinquaginta venērunt, qui postea a nomīne navis Argonautae vocāti sunt. Erant inter eos Hercūles, propter labōres suos notissimus, Castor et Pollux, Jovis filii, et Peleus, Achillis pater, et Orpheus, qui carminibus suis pulcherrimis feras bestias post se ducēre et arbōres saxaque loco movēre potērat.

Jam tempus erat a Graecia discedēre. Jasōnis jussu Argonautae navem in mare trahēre coepērunt. Sed navis gravissīma erat, et ne omnibus quidem viribus eam loco movēre potuērunt. Tum Orpheus: «Non vi, – inquit, – sed carmīne meo eam movebīmus». Arte mirā cantāvit et simul ad mare appropinquāre coepit. Ecce navis vocem divīnam audīvit et ipsa sine Argonautārum auxilio mare intrāvit.

C. 1. Beāte vivēre est honeste vivēre. 2. Potius (melius) sēro, quam nunquam. 3. Quos deus perdēre vult, dementat prius. 4. Sapiens semper beātus est. 5. Citius, altius, fortius. 6. Satis verbōrum! 7. Satis eloquentiae, sapientiae parum (Саллюстий о Катилине). 8. Semper avārus eget. 9. Ubi mel, ibi fel. 10. Procul ex oculis, procul ex mente. 11. Hodie Caesar, cras nihil. 12. Canis timīdus vehementius latrat, quam mordet. 13. Félix, quī, quod amāt, defēdere fōrtiter áudet (Ovidius). 14. Ílle dolét veré, quī sine téste dolét (Martialis). 15. Quis? Quid? Ubi? Quibus auxiliis? Cur? Quomōdo? Quando? (Риторическая схема вопросов, предназначенных для выяснения какого-либо действия.)

Тема 28. Инфинитивные конструкции:

Accusativus cum infinitivo

Упражнения

1. Поставьте предложения 1-4 в зависимость от глагола scio; предложения 5-8 – в зависимость от безличного глагола constat. Переведите на русский язык:

1. Illa virgo bene cantat. 2. Pater meus librum scribit. 3. Mater mea epistulam legīt. 4. Puēri in horto ludunt. 5. Cicēro orātor maxīmus est. 6. Incōlae insulārum plerumque aut nautae aut pisca-
tōres sunt. 7. Fabūlae poētārum a puēris leguntur. 8. Terra circum
solem movētur.

2. Из двух предложения составьте одно. Переведите на рус-
ский язык: 1. Omnes scimus. Hic homo sapiens est. 2. Homīnes
antīqui putābant. Dei orbem terrārum regunt. 3. Caesar jussit. Milītes
pontem faciunt. 4. Caesar ab exploratorībūs cognōvit. Mons ab
hostībūs capitur. 5. Frater mihi dixit. Is carmīna Horatii legēre amat.
6. Amīca mihi narrāvit. Ea hunc juvēnem amat. 7. Imperātor videt.
Hostes appropinquant. 8. Video. Rosae e horto a filia mea ap-
portantur.

3. Заполните пропуски местоимения из колонки справа. Пе-
реведите на русский язык:

1. Amīcus meus dixit ... bene pingēre. 2. Pater de amīco suo dixit ... bene pingēre. 3. Socrātes dicēbat ... nihil scire. 4. Ab amīca mea cognōvi... hunc juvēnem amāre. 5. Gaudeo ... saepe ad me venīre. 6. Magister nobis de Cicerōne narrāvit. Nunc scimus ... oratōrem clarissimum esse. 7. Mater sorōres rogāvit ... ad filiam suam aegrōtam venīre. 8. Dixisti ... semper amīcos tuos visitāre. 9. Bene intellegītis ... linguam Latīnam non satis scire. 10. Anaxagōras philosophus, de morte filii nuntiātus, dixit: «Sciēbam ... patrem mortālis, non dei esse». 11. Discipūli mei dixērunt ... carmīna Catulli amāre. 12. Magister laudāvit discipūios suos, dicens ... carmīna Catulli legēre et ediscēre. 13. Tu sapientior et eloquentior es, quam ego. Bene scio ... a te arte oratiōnis superāri.	me eum se earn te eos vos eas
---	--

4. Переведите на русский язык:

A. De vere advenienti (epistula)

Titus Valerius Marco Cornelio salutem dicit!

Cum ver advēnit, sentīmus, mi amicē, ventos tepīdos flare,
vidēmus flores et arbōres florēre, audīmus aves cantāre. Omnia nun-
tiant pulcherrimum tempus anni advenīre, vidēmus omnia esse plena
vitae, plena laetitiae gaudiiue! Ipsa natūra jubet Jovem aliosque de-
os a nobis valde laudāri et celebrāri! Spero te ad me jam praperāre.

Constat omnia esse cadūca. Scis non diu illam natūrae pulchritudīnem manēre. Oportet igitur te omnia negotia relinquere et ad me contendere.

B. De Jasōne et Argonautis (продолжение)

Navis Argo per undas maris Aegaei celeriter navigabat: remis longis eam impellēbant Argonautae, qui nunquam labōre fatigabantur, nam carmina dulcissima Orphei animos eorum delectābant et vires eis addēbant.

In itinere multa nova vidērunt, multa pericula obiērunt. Tandem primi nautarum Graecorum ad mare Euxinum appropinquaverunt.

Repente fremitum insolitum audiverunt; timore pleni se vertērunt et attoniti vidērunt non procul a nave duo saxa altissima, inter quae fretum angustum in mare Euxinum ducit, magno strepitu: concurrere neque viam nullam navi relinquere. Timent Argonautae et: «Ad Graeciam redire debemus, – dicunt, – nulla enim spes salutis erit, si inter ea saxa atrocissima navigabimus».

Sed Jaso: «Symplegades, – inquit, – videmus, de quibus nos admonuit Phineus vales; jussit nos a deis petere auxilium». Deinde, ut a vate jussum erat, Jaso columbam inter saxa misit. «Si avis, – inquit, – tuta redierit, nos quoque mortem vitabimus». Inter Symplegades avis celerris volavit. Vident Argonautae saxa ingentia concurrere, sed columbam tutam ad se redire. Tum Jaso, credens deos sibi favere, jussit suos navem maxima vi impellere. Per fretum angustum volavit Argo; frustra concurrēbant saxa saeva: deoram auxilio Argonautae mare Euxinum intraverunt.

Graeci antiqui credēbant ex eo tempore saxa immota esse et ob Jasōnis virtutem omnes alias naves per fretum (quod postea Bosporus nominatus est) navigare sine periculo posse.

Тема 29. Инфинитивные конструкции:

Nominativus cum infinitivo

Упражнения

1. Переведите на латинский язык, используя инфинитивные обороты:

1. Цезарь приказал, чтобы воины укрепили лагерь. 2. Запрещается, чтобы воины убивали пленных. 3. Отец сказал, что твои письма доставляют ему большую радость. 4. Сын сказал, что он с удовольствием читает стихи этого поэта. 5. Кажется, (что) мой

брат болен. 6. Германцы запрещали, чтобы к ним ввозилось вино.

2. Переведите на русский язык:

A. 1. Sapientes esse putamīni. 2. Aduce pons strui jubētur. 3. Suebi, gens Germanōrum, centum pagos habēre dicuntur. 4. Navi-gantibus ea movēri videntur, quae stant. 5. Leo rex bestiārum esse putātur. 6. Cornīces vivēre multos annos dicuntur. 7. Videor mihi illam urbem, lucem orbis terrārum atque arcem omnium gentium, vidēre. 8. Solem e mundo tollēre videntur, qui amicitiam e vita tol-lunt. 9. Consuetūdo et mos vim legis videntur habēre. 10. Perdīcum vita ad sedēcim annos durāre existimātur. 11. Minus nobis vidēmur posse, quam possumus. 12. Fortis ac vehēmens orātor esse C. Grac-chus existimātur. 13. Putantur ranae ictūs apium non sentīre. 14. Mālum, quod tegitur, majus esse creditur. 15. Hostes flumen transire nuntiabantur.

16. Vérsiculós in mé || narrátur scríbere Cínna.

Nón scribít, cujús || cármīna némo legít. (*Martiālis*)

17. Dícis fórmósám, | dicís te, Bássa, puéllam.

Istud, quód non ést || dicēre Bássa solét. (*Martiālis*)

B. De Jasōne et Argonautis (продолжение)

Ubi Argonautae ad partes ultimas maris Euxīni navigavērunt, statim ad terram Colchōrum venērunt, quorum rex erat Aeēta. Sine mora Jaso regem adiit et: «Vellus aureum, – inquit, – illius arietis, qui huc a Graecia volāvit, in Graeciam reportārejussus sum: si id mihi dedēris, sine bello ex regno tuo discēdam».

«Non bello, – respondit Aeēta, – sed laboribus tuis, Jaso, vellus aureum habēbis. Sunt mihi tauri ingentes, qui flammās ex ore spirant; hos te solum arātro conjungēre et agrum Martis sacrum arāre jubeo. In hoc agro dentes dracōnis postea seres; statim e terra viros multos surgēre vidēbis, qui tecum omnibus viribus pugnābunt. Hos omnes si occidēris, labor unus tibi manēbit. Debes scire a dracōne saevo, qui nunquam dormit, vellus in silva finitīma custodīri. Si hoc quoque pericūlum superavēris, libenter tibi dabo id, quod petis».

Quos labōres ubi Jaso audīvit, magnopēre territus est et ad navem amicosque tristissimus abiit. «Nisi deus adjuvērít, – inquit, – aut hīc perībo aut in Graeciam sine vellēre aureo redībo, nam bene intellēgo hos labōres viribus humānis explēri non posse».

Sed non frustra Argonautae ad Colchos navigaverunt; dei enim auxilium Jasōni misero paraverunt.

Ubi Jaso Aeetam adiit vellusque aureum ab eo petebat, Medea, regis filia, virtute et facie et verbis juvenis Graeci magnopere mota est. Ad eum puella oculos semper vertere et voce ejus delectari videbatur. «Juvēnem, – inquit sibi, – tam intrepidum nunquam vidi. Is virtute insigni alios Argonautas superare videtur».

Sic Medea amore magno Jasōnis incensa est.

Itaque, ubi pater Jasōnem tauros conjungere, dentes serere, dracōnem vincere jussit, Medea dolore magno multisque lacrimis ad ancillam fidam cucurrit. «Tu, – inquit, – consilium mihi da! Hunc juvēnem Graecum, qui ad terram nostram venit, pater meus ad mortem crudelem mittit. Ego, quae amore ejus incendor, eum servari volo, sed timeo: pudore enim et ira patris impediōr». «Amor, – respondit ancilla, – omnia vincit. Nisi tu artibus tuis magicis juvēnem servaveris, ipsa amore infelici peribis».

Placent Medae verba ancillae. Nocte e domo regia silentio discessit, per lucem obscuram ad portum descendit, Jasōnem e somno excitavit. «Medea sum, – inquit, – Aeetae regis filia. Te in laboribus tuis adjuvare constitui. Sine me cras peribis, meo auxilio mortem vitabis». «Quomodo tu, puella, – respondit Jaso, – me his periculis liberabis?» «Unguentum, – inquit Medea, – tibi magicum dedero, quod ab omni vulnere corpus tuum defendet; si me tecum in Graeciam duces, tuum cras erit vellus aureum».

Hoc libenter Jaso promisit et animo jam laetiore diem posterum expectabat.

Ответьте на вопросы:

1. Cur Argonautae ad terram Colchorum venerunt?
2. Quid rex Colchorum Aeeta a Jasone postulavit?
3. Cur Medea adjuvare Jasōnem constitui?
4. Quomodo Medea Jasōnem adjuvare poterat?
5. Quid Jaso Medae promisit?

Тема 30. Инфинитивные конструкции **Образование форм латинских инфинитивов**

	praesens	perfectum	futurum
activum	основа инфекта + -re	основа перфекта + -isse	part. fut. act. + esse
passivum	основа инфекта	part. perf. pass.	supinum + īrī

+ -rī (I, II, IV спр.) + esse
/ -ī (III спр.)

Упражнения

1. Образуйте все формы инфинитива от глаголов: video, sup̄ero, ducō, munio, rapio.

2. Образуйте инфинитивы прошедшего времени от глаголов: expugno, gigno, reperio, dispōno, moveo.

3. Определите формы инфинитивов. Переведите на русский язык:

1. Scriptōres Romāni tradunt multas urbes Galliae a Caesāre expugnātas esse. 2. Multae urbes Galliae a Caesāre expugnātae esse traduntur. 3. Jam ante Homērum poētae fuisse putantur. 4. Caesārem cum Gallis bellum gessisse constat. 5. Caesar memoriā tenēbat exercitum Romānum ab Helvetiis pulsum et sub jugum missum esse. 6. Anaxagōras philosophus, de morte filii ntintiātus: «Sciēbam, – inquit, – me genuisse mortālem». 7. Scimus Graecos Trojam expugnāvisse. 8. Troja a Graecis expugnāta esse traditur. 9. Scriptōres vetēres tradunt Romūlum et Remum Romam condidisse. 10. Ro-mūlus et Remus Romam condidisse traduntur. 11. Caesar in libro suo, qui «Commentarii de bello Gallico» dicitur, scripsit disciplinam druīdum in Britannia repertam esse. 12. Disciplina druīdum in Britannia reperta esse traditur. 13. Libri Homēri, confūsi antea, a Pisistrāto, tyranno Atheniensium, sic (in eo ordine) dispositi esse traduntur, ut nunc habēmus. 14. Scriptōres antīqui tradunt tyrannum Pisistrātum libros Homēri, antea confūsos, sic disposuisse, ut nunc habēmus. 15. Fama est Prometheum hominibus ignem dedisse. 16. Prometheus hominibus ignem dedisse traditur.

4. Образуйте инфинитивы будущего времени от глаголов: vinco, do, canto, deleo, scribo.

5. Определите формы инфинитивов. Переведите на русский язык:

1. Hannībal sperābat Romam a se expugnātum iri. 2. Caesar dixit se in Britanniam brevi tempore navigatūrum esse. 3. Scio illum librum ab amīco meo lectum iri. 4. Darēus, rex Persārum, sperābat Graecos a se facile victim iri. 5. Aurōrā aves vocibus claris cantatūras esse scio. 6. Alexander Magnus, rex Macedōnum, credēbat se totum orbem terrārum victūrum esse. 7. Legāti Helvetiōrum Caesāri dixērunt se obsīdes ei datūros esse. 8. Legāti Helvetiōrum Caesāri

promisērunt obsīdes a se ei datum iri. 9. Is liber a te lectum iri putātur. 10. Scio te eum librum lectūrum esse. 11. Spero discipūlos meos illas regūlas difficīles intellectūros esse. 12. Spero illas regūlas difficīles a discipūlis meis intellectum iri. 13. Putabantur ei libri a vobis lectum iri. 14. Putabamīni eos libros lectūri esse. 15. Is pons delētum non iri putātur. 16. Bonum carmen a te scriptum iri dicītur. 17. Te bonum carmen scriptūrum esse dixisti.

6. Раскройте скобки, используя форму инфинитива из правой колонки (в соответствии с приведенным значением):

1. Pater dixit filium eum librum (будет читать).	2.	
Magister dixit discipūlos suos carmīna illius poētae Romāni (будут читать).	3. Scio sorōrem eum librum (прочитала).	4. Magister dixit discipūlos suos carmīna Homēri (читают).
5. Video epistūlam a sorōre mea (читается).	6. Scio hunc librum a discipūlo meo (прочитана).	7. Scio eas virgīnes carmīna poētārum Romanōrum (будут читать).
8. Mater dixit sorōrem meam illum librum (будет читать).	9. Scio eos libros a discipūlo (прочитаны).	10. Frater dixit se epistūlam amīci sui (прочитал).
11. Pater dixit eam epistūlam a se (прочитано).	12. Virgo dixit se carmīna Catulli libenter (читаer).	13. Puer dixit fabūlas Phaedri a se (прочитаны).
14. Spero id opus ab amīco meo (будет прочитано).	15. Scio eas virgīnes carmīna Horatii (прочитали).	16. Puto eam fabūlam a discipūlo meo (прочитана).
17. Scio omnes epistūlas patris tui a te (прочитаны).	18. Spero omnia opēra ejus auctōris a filio meo (будут прочитаны).	19. Scio hoc opus a te (прочитано).
20. Juvēnis dixit poēmāta Homēri a se (прочитаны).	21. Video sorōrem epistūlam amīcae suae (читает).	22. Gaudeo carmīna Latīna a discipūlis meis libenter (читаются).

legēre
legisse
lectūrum esse
lectūram esse
lectūras esse
lectūros esse
legi
lectum esse
lectam esse
lectas esse
lectos esse
lecta esse
lectum iri

7. Переведите на русский язык:

A. De Orpheo et Eurydīca

Multae fabūlae narrantur de Orpheo, qui a Musis doctus est cithārā ludere. In pictūra, quam convīvae vidērant in triclinio Cornelii,

Orpheus ad Plutōnem descendit. Cur? Descendit, quod uxor ejus Eurydīca, morte abreptā, sub terra a Plutōne tenebātur. Dolōre oppressus Orpheus constituit se Plutōni appropinquatūrum et uxōrem ab eo petitūrum esse.

Janua regni Plutōnis a Cerbēro, cane ferōci, qui tria capīta habēbat, custodiebātur. Orpheus, sciens Cerbērum semper esurīre, frustra cibi ei conjēcit et, dum cibus a Cerbēro arripitur, in regnum iniit. Inter umbras ibat Orpheus; uxōrem diu et diligenter quaerēbat. Tandem Pluto, dolōre ejus commōtus: «Licēbit, — inquit, — uxōrem a te redūci, sed eā condiōne: Eurydīca exībit ad lucem, post te iens; tu vetāris eam respicere. Si tu respexeris, ea retrahētur neque unquam itērum ad vivos remittētur». Quae dicens jussit Eurydīcam ex umbris duci.

Itaque post Orpheum iens Eurydīca lente ad lucem ascendēbat. Orpheus, quamquam uxōrem vidēre valde desiderābat, ascendēbat neque respiciēbat. Jam ad lucem paene adveniēbant, cum Orpheus, amōre commōtus, eam respexit. Statim Eurydīca revocāta et ad Plutōnem retracta est. Maxīmo dolōre Orpheus affectus est. Nam sciēbat nunquam Eurydīcam ad lucem reddītum iri.

Ответьте на вопросы:

1. A quo Orpheus doctus est cithārā ludere ? 2. Quis sub terra Eurydīcam tenēbat? 3. Quis regnum Plutōnis custodiēbat? 4. Quomodo Orpheus Cerbērum fefellit? 5. Quomodo Eurydīca ad lucem ascendere debēbat? 6. Quid Orpheus a Plutōne facere vetitus est? 7. Quando Orpheus Eurydīcam respexit? 8. Ad quem Eurydīca retracta est?

B. 1. Legem brevem esse oportet. 2. Homo sum, humāni nihil a me aliēnum puto. 3. Putantur homīnes plus in aliēno negotio vidēre, quam in suo. 4. Scio me nihil scire. 5. Fas est et ab hoste doceri. 6. Aegrōto, dum anīma est, spes esse dicitur. 7. Cras melius fore semper spes dicit. 8. Beneficia eo usque laeta sunt, dum exsolvi posse videntur. 9. Nihil de nilo creāri posse. 10. Qui tacet, consentire videtur. 11. Dum ferrum candet, cudere quemque decet. 12. Vulpem pilum mutare, non mores.

Тема 31. Participia (повторение).
Согласованные причастные обороты. Независимый при-
частный оборот ablativus absolutus

Упражнения

1. Образуйте все причастия от глаголов, переведите на русский язык: *voco, video, quaero, reperio, perspicio*.

2. Переведите на русский язык:

In assiduo labōre thesaurus esse dicītur

Agricolā senex, mortem appropinquāre sentiens, filios ad lectum suum convocāvit et dixit: «Vidētis me a vobis mox discessūrum esse; in agro meo thesaurus defossus esse dicītur; ibi magnae divitiae esse dicuntur; spero vos eas repertūros esse». «Sed ubi quaerere debēmus? – filius major interrogāvit. – Nam valde latus ager tuus est!» Tum senex, attente filios perspiciens: «In vinea nostra quaerite, – inquit, – et divites eritis».

Paulo post pater animam efflavit. At filii, credentes in vinea thesaurum abdītum esse, totum vineae solum lignonibus eruērunt, thesaurum tamen nullum invenērunt. Sed autumnō vidērunt agrum bene cultum (nam diligenter ab eis, thesaurum quaerentibus, erūtus erat) uberrimas fruges peperisse. Tum filii intellexērunt in assiduo labōre thesaurum defossum esse.

3. Переведите на латинский язык:

1. Сидящий человек; я подхожу к сидящему человеку. 2. Прочитанная книга; мой друг рассказывает о прочитанной книге. 3. Улыбающаяся девушка; юноша дарит цветы улыбающейся девушке. 4. Полученное письмо; мой друг читает полученное письмо. 5. Намеревающийся слушать; я намерен(а) слушать эти стихи. 6. Побежденный враг; полководец дал свободу побежденным врагам.

4. Из двух предложений образуйте одно с оборотом *ablativus absolutus*:

1. *Priāmus regnābat. Troja cecīdit*. 2. *Caesar dux erat. Gallia expugnāta est*. 3. *Tu juvābis. Opus brevi finire potēro*. 4. *Persae appropinquābant. Athenienses Thermopylas occupavērunt*. 5. *Hannibal jam puer fuit. Hamilcar bella in Hispania gessit*. 6. *Ego abēram. Consilium finītum est*. 7. *Ver init. Aves advolant*.

5. Переведите на русский язык:

Aliis gaudentibus, alii dolent

Sciēbam patrem meum heri paucos amīcos ad cenam vocavisse. Hi, sole occidente, candidissimas togas gerentes, ad januam venērunt. Absente patre, soror Flavilla eos in triclinium duxit. Convīvis jam in lectis ibi jacentibus, pater, rure veniens, domum tandem intrāvit. Ad convīvas accurrit, eos salutāvit. Tum convivium inceptum est. Mensa a servis inter lectos posita est; in ea panis erat, et lac, et optimum mel, et multi alii cibi; vinum quoque non defuit. Multas horas convīvis edentibus et bibentibus, ego, quod cubiculum meum est triclinio vicinum, nullam quietem habui. Nam eos multum ridere multaque verba facere audīvi.

Ответьте на вопросы:

1. Quis convīvas invitāvit? 2. Quis convāvas in triclinium duxit?
3. Ubi erat pater? Unde vēnit pater? 4. Ubi mensa posita est? 5. Quales cibi in mensa erant? Fuitne vinum in mensa? 6. Cur puēr, filius domīni, nullam quietem habuit?

6. Переведите на русский язык:

A. 1. Omnia summa consecutus es, virtute duce, comite fortuna (Cicero, ex epistula ad amicum). 2. Clausae sunt aures, obstrepente ira. 3. Allato ad se capite Gnaei Pompeji, Caesar avertisse oculos dicuntur. 4. Dux Poenorum, victa classe, cui prae fuerat, a militibus suis in crucem sublatus est. 5. Hic vir, nolente patre, illam virginem uxorem duxit. 6. Odor rosarum manet in manu, etiam rosa submotā. 7. Nihil potest evenire, nisi causā antecedente. 8. Illa vera sunt remedia, quae, fugatis morbis eorumque causis, postea non sentiuntur. 9. Quae potest esse jucunditas vitae, sublatis amicis? 10. Occidente sole, domum redii. 11. Milites Romani, eruptione facta, multis hostibus interfectis, capto etiam eorum duce, ipsi incolūmes in castra sua redierunt. 12. Magis auctoribus, Xerxes templā Graeciae inflammavisse dicuntur. 13. Galliā sub signo «divide et impere» expugnata, multae gentes in potestatem Romanam redactae sunt. 14. Antonius, repudiata sorore Caesaris Augusti Octavianī, Cleopātram, reginam Aegypti, uxorem duxit. 15. Ea oratione habita,ulantibus militibus et studio pugnae ardentibus, Caesar tuba signum dedit. 16. Pyrrhus, victoriā a Romanis ad Heraclēam reportata, sic exclamavisse traditur «O, quam facile erat orbis terrae imperium occupare, mihi, regi, Romanis militibus datis!» 17. Fama est philosophum Py-

thagōram, Tarquinio Superbo regnante, in Italiam venisse. 18. Nemo, inaudītā causā, a iudiciis damnāri potest. 19. Quem tibi homīnem, invītis dis (= deis), auxilio futūrum esse? 20. Romāni, Hannibāle vivo, nunquam se sine insidiis futūros esse existimābant. 21. Cyrus, victā Asiā et universo Oriente in potestātem subacto, Scythis bellum intūlit.

B. De Jasōne et Medēa

Postquam Jaso promīsit se, vellēre aureo accepto, Medēam in Graeciam asportatūrum esse, haec ei unguentum magīcum dedit.

Postēro die ad agrum Martis magna turba Colchōrum Argonautarumque vēnit et in collibus, qui prope erant, consēdit. Mox Jaso, formā armisque insignis, agrum iniit et simul ex altēra parte tauri saevi missi sunt. Tum res mirissīma accidisse visa est. Immōtus Jaso tauros exspectāvit neque flammis, quas ex ore spirābant, incensus est. Postea, tauris sine timōre conjunctis, agrum arāvit, dentes dracōnis sevit.

Aeēta irātus e sede surrexit, minacīter ad Medēam oculos advertit; intellexit enim advēnam non sine Medēae auxilio tauros vicisse.

Interea surgunt e terra viri multi, Jasōnem telis oppugnāturi. Is tamen per dolum impētum eōrum a se vertit. Saxo ingenti in medios hostes jacto, discordiam bellumque excitāvit. Quā de causā multi a se ipsis interfecti sunt, reliquos Jaso occīdit.

Tum Argonautae magno gaudio ad navem rediērunt et Jasōnem victōrem salutavērunt. Aeēta autem, filiā ad se vocatā: «Medēa, – inquit, – video te contra patrem advēnam adjuvisse. Sed manet etiam unus labor. Nos ambo scimus dracōnem, vellus aureum custodientem, sine tuo auxilio a Jasōne superāri non posse. Si superāverit, vos ambo crudelissimā morte peribitis». Nihil respondit Medēa, sed in anīmo consilium novum parāre coepit.

Nocte Medēa ad navem Graecōrum itērum venit, parvum fratrem Absyrtum secum ducens. De minis patris Jasōni narrāvit. «Peribimus, – inquit, – nisi statim cum vellēre ab hac terra discedēmus». Surgit sine mora Jaso et cum Medēa in sivam finitīmam it, in qua vellus celātur.

Silentio per silvam ibant, ut repente lucem auream vellēris, quod in arbōre pendēbat, vidērunt. Sed simul eos vidit draco, qui id custodiēbat, et dentibus saevis oppugnāre se parāvit. Tum herbis magīcis Medēae in oculos dracōnis jactis, Jaso: «Nunc, – inquit, – tu dormies,

qui nunquam dormivisti». Et statim, oculis dracōnis altissīmo somno correptis, Jaso laetus vellus aureum cepit et ad navem asportāvit.

Vellēre aureo viso, magno gaudio Argonautae affecti sunt. Jaso autem eos statim navem ad profectiōnem parāre jussit. Et, nave parātā, ante primam lucem clam e portu Argonautae cum Medēa Absyrtoque discessērunt, vellus aureum in Graeciam asportantes.

Sed primā luce vellus aureum raptum esse Argonautasque cum Medēa et Absyrto fugisse Aeētae nuntiātum est. Tum irātus suos ad arma vocāvit, navem celerrimam ascendit, e portu navigāvit.

Nave patris non procul a nave sua visā, Medēa consilium crudelissimum inauditumque iniit. Fratre Absyrto sua manu occiso, corpus ejus, in multas partes discissum, in mare ejēcit. Dum Aeēta, filio suo misēro miserior, consistēbat et partes corpōris ejus colligēbat, Argo longe navigāvit; itāque Argonautae et Medēa ab ira regis Colchōrum servāti sunt.

Deinde per multas terras errābant Argonautae, multa pericūla, quae postea Ulixes in itineribus suis obiit, ab eis superāta sunt. Tandem Jaso victor cum vellēre in urbem Iōlcum rediit et Medēam in matrimonium duxit.

C. 1. Duobus litigantibus, tertius gaudet. 2. Quidquid dicturus aliis es, prius dic tibi! 3. Aliēnos agros irrīgas, tuis sitientibus. 4. Latrante uno, latrat statim et alter canis. 5. Anni currentis; mensis currentis. 6. Anni futūri. 7. Aperto libro. 8. Currente calāmo. 9. Flagrante delicto. 10. Nemine contradicente. 11. Dictum sapienti sat est. 12. Injuriam qui facturus est, jam facit. 13. Dulce laudāri a laudāto viro. 14. Mutāto nomīne, de te fabūla narrātur. 15. Cessante causā, cessat effectus. 16. Praesente medīco, nihil nocet.

Тема 32. Numeralia

число		количествен-	порядковые	разделитель-	наречные
		ные		ные	
1	2	3	4	5	6
1	I	unus, a, um	primus, a, um	singuli, ae, a	semel
2	II	duo, ae, o	secundus	bini	bis
3	III	tres, ia	tertius	terni / trini	ter
4	IV	quattuor	quartus	quaterni	quater
5	V	quinque	quintus	quini	quinquies
6	VI	sex	sextus	seni	sexies
1	2	3	4	5	6
7	VII	septem	septimus	septeni	septies
8	VIII	octo	octavus	octoni	octies

9	IX	novem	nonus	noveni	novies
10	X	decem	decimus	deni	decies
11	XI	undecim	undecimus	undeni	undecies
12	XII	duodecim	duodecim	duodeni	duodecies
13	XIII	tredecim	tertius decimus	terni deni	ter decies
14	XIV	quattuordecim	quartus decimus	quaterni deni	quater decies
15	XV	quindecim	quintus decimus	quini deni	quinquies decies
16	XVI	sedecim	sextus decimus	seni deni	sexies decies
17	XVII	septendecim	septimus decimus	septeni deni	septies decies
18	XVIII	duodeviginti	duodevicesimus	duodevicensi	duodevicies
19	XIX	undeviginti	undevicesimus	undevicensi	undevicies
20	XX	viginti	vicesimus	viceni	vicies
21	XXI	unus et viginti / viginti unus	unus et vicesimus / vicesimus primus	singuli et vice-ni / viceni singuli	semel et vicies / vicies semel
22	XXII	duo et viginti / viginti duo	secundus et vicesimus / vicesimus secundus	bini et viceni / vicei bini	bis et vicies / vicies bis
28	XXVIII	duodetriginta	duodetricesimus	duodetriceni	duodetricies
29	XXIX	undetriginta	undetricesimus	undetriceni	undetricies
30	XXX	triginta	tricesimus	tricensi	trices
40	XL	quadraginta	quadragessimus	quadrageni	quadragies
50	L	quingenta	quingagesimus	quingageni	quingagies
60	LX	sexaginta	sexagesimus	sexageni	sexagies
70	LXX	septuaginta	septuagesimus	septuageni	septuagies
80	LXXX	octoginta	octogesimus	octogeni	octogies
90	XC	nonaginta	nonagesimus	nonageni	nonagies
100	C	centum	centesimus	centeni	centies
101	CI	centum (et) unus	centesimus (et) primus	centeni singuli	centies semel
200	CC	ducenti, ae, o	ducentesimus	ducenti	ducenties
300	CCC	trecenti	trecentesimus	trecenti	trecenties
400	CD	quadringenti	quadringentesimus	quadringenti	quadringenties
500	D	quingenti	quingentesimus	quingeni	quingenties
600	DC	sescenti	sescentesimus	sescenti	sescenties
700	DCC	septingenti	septingentesimus	septingeni	septingenties
800	DCCC	octingenti	octingentesimus	octingeni	octingenties
900	CM	nongenti	nongentesimus	nongeni	nongenties
1000	M	mille	millesimus	singula milia	milies
1001	MI	mille et unus	millesimus primus	singula milia singuli	semel et milies
1102	MCII	mille centum duo	millesimus centesimus alter	singula milia centeni bini	milies centies bis
1990	MCMXC	mille nongenti nonaginta	millesimus centesimus nonagesimus	singula milia nongeni nonageni	milies nongenties nonagies
2000	II (MM)	duo milia	bis millesimus	bina milia	bis milies
3000	III	tria milia	ter millesimus	terna milia	ter milies
1	2	3	4	5	6
5000	V	quinque milia	quinquies millesimus	quina milia	quinquies milies

10000	X	decem milia	decies millesimus	dena milia	decies milies
20000	XX	viginti milia	vicies millesimus	vicena milia	vicies milies
21000	XXI	unum et viginti milia	semel et vicies millesimus	vicena singula milia	semel et vicies milies
100000	C	centum milia	centies millesimus	centena milia	centies milies
1000000	M	decies centena milia / decies centum milia	decies centies millesimus	decies centena milia	decies centies milies

Упражнения

1. От каких латинских слов происходят эти русские слова: уния, дуэт, трио, квартет, октава, дециметр, сантиметр, процент.

2. Ответьте на вопросы: Quo anno natus (nata) es? Quos annos natus (nata) es?

3. Назовите по-латински следующие числительные: XLI, LIX, LXXVIII, CCXXXVI, MDCCXCIX.

4. Напишите на латинском языке словами и римскими цифрами: 715, 1337, 1789, 1871, 1914, 2205.

5. Посчитайте:

1. duo et tria sunt...

duo de tria est...

octo et decem sunt...

octo de decem sunt...

unum et octo sunt...

unum de octo sunt...

sex et decem sunt...

sex de decem sunt...

septem et tredĕcim sunt...

septem de tredĕcim sunt...

2. duo bis sunt...

sex bina sunt...

tria ter sunt...

quattuor quinquies sunt...

quattuordĕcim bina sunt...

viginti quater sunt...

novem terna sunt...

septem septies sunt...

sedĕcim quaterna sunt...

quattuor quater sunt...

6. Переведите на русский язык, просклоняйте: unus exercĭtus, tria opĕra, duae insŭlae, trecenŭ homĭnes.

7. Заполните пропуски:

1. Prim... ante aeram nostrum saecŭlo C. Julius Caesar occĭsus est. 2. Duo... consulĭbus apud Romānos summa potestas fuit. 3. Ter-ti... anni mensis a nomĭne Majae appellātus est (в древнем Риме год начинался с марта). 4. Troja decim... belli anno exrugināta est.

8. Согласуйте числительные с существительными: annos (tres, duo, novem, viginti, centum, ducenti, sescenti); militĭbus (duo, quattuor, quadraginta, quadingenti); regem (unus); regum (duo, tres, quattuor, decem); civitatēs (duo, tres, sex, ducenti).

9. Переведите на русский язык:

A. De annis, mensibus et diebus

Cur September, mensis nonus, a numēro septem, Octōber, mensis decimus, a numēro octo, November, mensis undecimus, a numēro novem et December, mensis duodecimus, a numēro decem nomen habet?

Romūlo regnante, annus decem menses habēbat et primus anni mensis Martius erat, qui a deo Marten omen suum traxit.

Secundus mensis erat Aprīlis, a Venēre deā, quae apud Graecos Aphrodītāe nomen habēbat, appellātus. Tertius – Majus, a Majā deā, sive Majestā, antiquissimā Italōrum deā, et quartus mensis Junius a Junōne, Jovis uxōre, nomen habēbat.

Quintus mensis primo Quintilis appellabātur et sextus – Sextilis, sed postea Romāni Quintilem in Julii Caesāris honōrem Julium nominavērunt, mensem autem Sextilem – Augustum, in Octaviāni Augusti honōrem.

Septimus mensis September appellabātur, octāvus – Octōber, nonus – November, decimus – December.

Titus Livius, rerum scriptor Romānus, narrat Numam Pompiliūm, secundum regem Romanōrum, annum in duodēcim menses ad cursum lunae descripsisse duosque menses post Decembrem addidisse: Januarium – a Jano, principii deo, et Februarium – a februo, Romanōrum ritu sacro.

Postquam Gaius Julius Caesar anno quadragesimo sexton ante aeram nostram annum ad cursum solis accommodāvit, annus trecentōrum sexaginta quinque diērum fuit, et unus dies quarto anno, qui bisextilis appellabātur, intercalabātur. Januarius primus anni mensis factus est, sed nomina aliōrum mensium mutāta non sunt.

Alii menses anni tricēnos, alii tricēnos singūlos dies, mensis autem Februarius duodetriginta aut undetriginta dies habēbat.

Primus cujusque mensis dies Kalendae appellabātur, quintus – Nonae, tertius decimus – Idus. Mensibus autem Martio, Majo, Jolio et Octobri Nonae fuērunt septimus, Idus – quintus decimus mensis dies.

Postea mensis in septimānas divīsus est. Dies septimānae fuērunt: Lunae dies, Martis dies, Mercurii dies, Jovi dies, Venēris dies, Saturni dies, Solis dies. Hi dies a nominibus deōrum dearumque appellāti sunt.

Ответьте на вопросы:

1. Quot menses antīquis temporibus annus continuit? 2. Qui mensis primus fuit? 3. Quis annum in duodēcim menses divīsīt? 4. Qui mensis tum primus fuit? 5. Cur septīmus mensis Julius, octāvus mensis Augustus appellātus est? Quae nomīna primo his mensibus fuērant? 6. Quis annum ad cursum solis accommodāvit? 7. Quot dies annus, ad cursum solis accommodātus, habuit? 8. Quot dies menses continent? 9. Quomōdo primus cuiusque mensis dies nominabātur? 10. Quae nomīna septimānae diērum fuērunt?

B. 1. Novem doctae sorōres. 2. Tertium non datur. 3. Tres faciunt collegium. 4. Bis dat, qui cito dat. 5. Bis ad eundem lapīdem offendēre. 6. Bis vincit, qui se vincit in victoria. 7. Si duo faciunt idem, non est idem. 8. Unam in armis salūtem. 9. Úna salūs victīs || nullām sperāre salūtem (*Vergilius*). 10. Primus inter pares. 11. A prima facie. 12. Latrante uno, latrat statim et alter canis. 13. Testis unus – testis nullus. 14. Tertius gaudens. 15. Duōbus litigantibus, tertius gaudet. 16. Tertia vigilia. 17. Non bis in idem. 18. E phuribus unum (девиз США). 19. Causa prima.

Тема 33. Verba deponentia. Verba semdeponentia

Упражнения

1. Проспрягайте глаголы: sequor, secūtus sum, sequi 3 – praes. ind.; polliceor, pollicītus sum, pollicēri 2 – fut. I ind.; orior, ortus sum, orīri 4 – imperf. ind.; patior, passus sum, pati 3 – perf. ind.; arbitror, ātus sum, āri 1 – fut. II ind.

2. Переведите на латинский язык, используя глаголы-синонимы:

1. Puto, arbitror: думай, мы подумали, они будут думать. 2. Promitto, polliceor: ты обещаешь, он обещал, вы раньше пообещали; обещайте. 3. Dico, loquor: говори, вы будете говорить, я сказала, вы говорили. 4. Redeo, revertor: вернись, вернитесь, он возвращается, мы возвращались, они будут возвращаться.

3. Переведите на русский язык:

A. Oedīpus et Sphinx

Antīquis temporibus Thebāni crudelitāte Sphingis, horribilis monstri, multa mala passi esse dicuntur. Sphinx, in saxo ante portas oppīdi sedens, omnibus, qui vel in oppīdum proficiscebantur vel ex oppīdo egrediebantur, aenigma proponēbat eosque, qui solvēre non potuērant, interficiēbat. Hoc autem erat aenigma: «Quid ingreditur

mane quattuor pedibus, meridie duobus, vesp̄ri tribus?» Multis civibus jam interfectis, Oedipus adulescens ad oppidum Thebas v̄nit statimque illud aenigma solvit. «Hom̄inem esse arb̄tror, – inquit. – Nam infans, dum ingreditur, pedibus et manibus utitur, vir – pedibus, senex baculo nititur». Quo responso audito, Sphinx e saxo se dejecit. Oedipus autem, cum laetitia a plebe acceptus, rex Thebanorum factus est.

Ответьте на вопросы:

1. Quis Thebanos terrēbat? 2. Quis fuit Sphinx? 3. Quando Sphinx Thebanos terrēbat? 4. Quid Sphinx Thebanis proponēbat? 5. Quod erat aenigma Sphingis? 6. Quis aenigma solvit? 7. Quod erat aenigmatis responsum? 8. Quomodo Thebani Oedipo gratiam egērunt?

B. 1. Maria montesque pollicētur. 2. Non indignāri, non admirāri, sed intellegēre. 3. Aut vincēre, aut mori. 4. Rem tene, verba sequentur. 5. Audentes fortūna juvat. 6. Nem̄inem laedit, qui suo jure utitur. 7. Non progrēdi est regrēdi. 8. Ave, Caesar, moritūri te salūtant. 9. Félix, quí, quod amát, || defēndēre fórtiter áudet (*Ovidius*). 10. Poētae nascuntur, oratōres fiunt. 11. In rebus bellicis max̄ime dominātur Fortūna. 12. Interdum stultus opportūna loquitur. 13. Potius mori, quam foedāri. 14. Miserēre mei, Deus! 15. Multa renascentur, quae jam cecidērunt. 16. Nescit vox missa reverti. 17. Nil admirāri! 18. Non scripta, sed nata lex. 19. Parturiunt montes, nascētur ridicūlus mus (*Horatius*). 20. Primum vivēre, deinde philosophāri. 21. Sat celerīter fit, quidquid fit satis bene. 22. Tacet, sed loquitur. 23. Vincēre scis, Hannibal, victoriā uti nescis. 24. Similis sim̄ili gaudet.

4. От каких латинских слов происходят эти русские слова: агрессия, прогресс, конгресс, регресс, ингредиент, арбитр, утилитарный, пациент, натура.

Тема 34. Gerundium. Gerundivum

Образования герундия и герундива

Основа инфек- та	+ суффикс -nd- + (I-II спр.)	gerundium: окончания косвенных падежей II склонения (только sing.)
	+ суффикс -end- + (III, IV спр.)	gerundivum: окончания прилагательных I-II склонения

Упражнения

1. Образуйте от глаголов формы gen. и abl. герундия, переведите на русский язык: laudo, doceo, mitto, capio, audio.

2. Переведите на латинский язык по образцу: 1. Читать книги – для чтения – в процессе чтения (читаю): *legēre libros – ad legendum – legendo, in legendo*. 2. Писать письма – для написания – в процессе письма. 3. Основывать город – для основания – в процессе основания. 4. Приглашать друзей – для приглашения – приглашая.

3. Переведите на русский язык:

1. Non est tempus plura narrandi. 2. Mores ridendo emendantur. 3. Nihil agendo homīnes male facere discunt. 4. In rebus tam sevēris non est jocandi locus. 5. Scribendo dicimus diligentius, dicendo scribimus facilius. 6. Perspiciuntur in agendo virtutes. 7. Homo saepe ignoscendo injuriae locum dat. 8. Breve tempus aetatis satis longum est ad bene honesteque vivendum. 9. Omnis generis humani vinculum est ratio et oratio, quae docendo, discendo, communicando, judicando conjungit inter se homines naturali quādam societate. 10. Homo quinque sensus habet: sensus videndi, audiendi, tangendi, gustandi, odorandi. 11. Audivisse te credo Platōnem, Socrāte mortuo, primum in Aegyptum discendi causā, post in Italiam et in Siciliam contendisse. 12. Mihi fortuna, multis rebus ereptis, usum dedit bene suadendi. 13. Caesar idoneam ad navigandum tempestatem nactus est. 14. Avāri homīnes non solum cupiditate augendi, sed etiam amitendi metu cruciantur. 15. Hominis mens discendo alitur et cogitando. 16. Recte ac vere videtur Ovidius dixisse emendandi laborem majorem esse, quam scribendi. 17. Vera sententia apud antiquos erat non modo artem dicendi, sed etiam artem tacendi difficillimam esse.

18. Scribere plura libet, || sed vox mihi, fessa loquendo,

Dictandi vires || siccaeque lingua negat (Ovidius).

4. Образуйте герундив от глаголов, переведите на русский язык: creo 1, gero 3, muto 1, accipio 3, sequor 3, deleo 2, munio 4.

5. Переведите на латинский язык: 1. Это произведение должно быть похвалено другом. 2. Этот лагерь должен быть укреплен. 3. Поле должно быть обработано земледельцем. 4. Все поля должны быть обработаны земледельцами. 5. Войско должно быть выстроено в поле. 6. Город должен быть основан на берегу реки. 7. В городе должны быть сооружены храмы. 8. При-

роду надо защищать. 9. Нам надо найти целебный источник, 10. Сначала надо подумать, потом сделать.

6. Переведите на латинский язык, используя формы герундия и герундива: 1. Воины храбро сражались, защищая город (= ради защиты города). 2. Настоящее мужество проверяется при (= в) перенесении трудностей. 3. Я радуюсь получению письма. 4. Это место удобно, чтобы разбить лагерь (= для разбивки лагеря). 5. Изящество речи (= говорения) увеличивается в процессе чтения ораторов и поэтов. 6. Соблюдайте осторожность (= будьте осторожны) при (= в) выборе друзей!

7. Переведите на русский язык:

А. 1. Urbem expugnātam dux militibus diripiendam dedit. 2. Herostrātes famam sibi parāre volēbat templo Diānae Ephesiae incendendo. 3. Comitia creandis consulibus in campo Martio habebantur. 4. Primus liber Tusculanārum disputatiōnum est de contemnenda morte, secundus de tolerando labōre, de aegritudinē leniēda tertius (*Cicēro*). 5. Germānis neque consilii habendi, neque arma capiendi spatium datum est. 6. Sunt nonnulli ludi non inutiles acuendis puerōrum ingeniis. 7. Nihil sine ratiōne faciendum est. 8. Pythagōras Aegyptum primo, mox Babyloniam ad discendos stellarum motus originemque mundi spectandam profectus, summam scientiam consecutus est. 9. Tibi, Caesar, nunc omnia belli vulnera sananda sunt, quibus praeter te mederi nemo potest. 10. Ut ad cursum equus, ad arandum bos, ad indagandum canis, sic homo ad duas res – ad intellegendum et agendum natus est (*Cicēro*). 11. Decemviri legibus scribendis creati sunt. 12. Exercendae memoriae gratiā eā, quae die dixi, audīvi et lēgi, vespēri commemorō. 13. Tuis verbis, Cicēro, utendum est: o tempora, o mores! 14. Gravis est culpa – tacenda loqui. 15. Cato delendam esse Carthaginem pronuntiābat, Scipio Nasica – servandam. 16. Id mihi mutatis mutandis convēnit. 17. Et hodie in Italia usitatum est proverbium: laudandos montes, sed a planitie non recedendum. 18. Stultitia et injuria fugiendae sunt, praecipue in rebus publicis. 19. Atōmus est corpusculum minūtum et individuum, quo in explicanda origine mundi utebātur Democrītus et post eum Epicūrus. 20. Caesar dixit se locum ad castra ponenda animadvertisse.

B. Ex Cicerōnis in Catilīnam oratiōne

1. Ad mortem te, Catilīna, duci jussu consūlis jam pridem oportēbat, in te conferri pestem, quam tu in nos omnes jam diu machināris. Habēmus senātus consultum in te, Catilīna, vehēmens et grave, ex quo senātus consulto confestim te interfīci convēnit. Tamen vivis, et vivis non ad deponendam, sed ad confirmandam audaciam. Quapropter dum vivis, vives, ut nunc, multis meis et firmis praesidiis obsessus. Nam multōrum oculus et aures te, non sentientem, speculabuntur atque custodient, ut adhuc id fecerunt. Nihil agis, nihil moliris, nihil cogitas, me nescio.

2. Recognosce tamen mecum noctem illam superiorem; jam intelligēs multo acrius me vigilāre ad salutem, quam te ad perniciem rei publicae. Dico te priore nocte venisse in Marci Laecae domum; eodem convenisse complures participes ejusdem conjurationis. Num negāre audes? Quid taces? Convincam, si negas. Video enim, esse hic in senātu quosdam, qui tecum unā fuērunt. Hos ego video, consul, et quos ferro trucidāri oportēbat, eos nondum voce vulnēro!

3. Fuisti igitur apud Laecam illā nocte, Catilīna; distribuisti urbis partes ad incendia; confirmavisti te ipsum cum nonnullis sociis tuis jam urbe exitūrum esse. Dixisti te homīnes me interficiendo delegisse constituisseque. Nam reperti sunt ad rem faciendam duo equites Romāni; polliciti sunt sese illā ipsā nocte me in meo lectūlo paulo ante lucem interfectūros esse.

4. Haec ego omnia, vixdum coetu vestro dimisso, compēri; domum meam majoribus praesidiis munīvi atque firmāvi; exclūsi eos, quos tu ad me salutātum mane mēras. Nam illi ipsi venērunt, quos ego ad me ventūres esse multis optimis viris praedixeram. Itaque, Catilīna, perge, quod coepisti: egredere aliquando ex urbe; patent portae, proficiscere! Educ tecum etiam omnes tuos socios, si non omnes, quam plurimos. Purga urbem! Te egrediente, magno metu liberabor. Nobiscum versari jam diutius non potes; non feram, non patiar, non sinam.

5. Quid est, Catilīna? Num dubitas, me imperante, id facere, quod te jam tuā sponte factūrum esse dixisti? Dubitas in aliēnas terras abire et vitam istam tuam, multis justis suppliciis ereptam, fugae solitudinīque mandare? Exire ex urbe jubet consul hostem. Itaque egredere, libērā rem publicam metu, in exilium, si hanc vocem exspectas, proficiscere!

C. 1. Ad disputandum. 2. Ad memorandum. 3. Ad referendum. 4. Materia tractanda. 5. Modus vivendi. 6. Modus agendi. 7. Modus loquendi. 8. Quod erat demonstrandum. 9. Mutātis mutandis. 10. Pacta servanda sunt. 11. Equi donāti dentes non inspiciendi. 12. Cetērum censeo Carthagīnem delendam esse. 13. Gutta cavat lapīdem non vi, sed saepe cadendo. 14. Audienda et altēra pars. 15. In statu nascendi. 16. Nulla aetas ad discendum sera est. 17. Non domo domīnus, sed domīno domus honestanda est. 18. Non dubitandum est. 19. Nil desperandum est! 20. Nervus probandi. 21. Natūra non nisi parendo vincitur (*Фрэнсис Бэкон*). 22. Memorandum. 23. Jus utendi et abutendi. 24. Homo scribendi perītus. 25. Fama crescit eundo. 26. Exceptis excipiendis. 27. De principiis non est disputandum. 28. Cum principia negante non est disputandum. 29. Carmen horrendum. 30. Ars guberaandi. 31. Ars amandi. 32. Ad captandum vulgus. 33. Ad captandam benevolentiam. 34. Deliberandum est saepe, statuendum est semel.

Тема 35. Verba defectiva. Verba impersonalia. Verba anomala **Упражнения**

1. Образуйте формы всех времен перфекта от глагола *aufēro*, *abstūli*, *ablātum*, *auferre* *уносить*, *удалять*.

2. Образуйте формы всех времен инфекта от глаголов *redeo*, *redii*, *redītum*, *redīre* *возвращаться*, *praesum*, *praefui*, – , *praeesse* *быть впереди*, *стоять во главе*.

3. Переведите на русский язык:

A. 1. Coepisse – dimidium facti est. 2. Tu nostri memento, nos nunquam obliviscēmur tui. 3. Beneficia meminisse debet is, cui data sunt, non is, qui eā dedit. 4. Stulti homīnes praeterīta non memīnērunt, praesentībus non fruuntur, futūra modo exspectant. 5. Subīto mare coepit horrescēre. 6. Amo justitiam et odi iniquitātem. 7. Justum est poētae Ennii dictum: «Quem metuunt, odērunt». 8. Aut amat, aut odit mulier; nil est tertium. 9. Mense Majo malas femīnas nubēre vulgus ait. 10. Quid ais tu, adulescens? 11. Aiunt homīnes plus in aliēno negotio vidēre, quam in suo. 12. Eloquentiam esse ait Cicēro non inānem loquendi profluentiam, sed sapientiam, copiōse loquentem. 13. Tui me misēret, mei piget. 14. Quam me pudet nequitiae tuae, cujus te ipsum non pudet! 15. Lapideo sunt corde ei, quos non misēret nemīnis. 16. Clementia nullum magis, quam regem aut

princīpem decet. 17. Eōrum nos magis misēret, qui nostram miseri-
cordiam non requīrunt. 18. Judicem minīme irasci decet. 19. Me
pudēbat in eam urbem redīre. 20. Stultum facit deus, quem vult
perdere. 21. Reprehendi aliēna vitia malūmus, non nostra. 22. Fac-
tum abiit, monumentum manet. 23. Omnia mutantur, nihil intērit. 24.
Haurit aquam cribro, qui discēre vult sine libra.

25. Si fortūna volet, fies de rhetōre consul.

Si volet haec eādem, fies de consūle rhetor (*Juvenālis*).

B. Semper suo iudicio utēre!

Rusticus quidam, ex urbe domum rediens, vehebatur asīno, filio
pedibus eunte juxta. Occurrit viātor et, ad patrem conversus: «Non
recte facis, – inquit, – quod, asīno insidens, filium vis peditem ire.
Nonne robustior es puēro?» Tum pater de asīno descendit filiumque
imposuit. Paulo post obviam factus est alius viātor et puērum vitu-
perāvit: «Cur, – inquit, – ipse valīdus corpore aliēnis utēris pedibus?
Misēret me patris tui, qui, corpore infirmus, pedibus it». Ambo dein-
de asīno vehuntur. Ecce tertius viātor occurrit et: «Quae vero, – in-
quit, – ista crudelitas est – duobus corporibus praegravāre animal
parum valīdum? Fuste vos dejici decet!» «Recte dicis», – inquit pa-
ter. Itaque, demissis in terram corporibus, et pater et filius pedibus
eunt, asīnum medium habentes. «O stultos homīnes, – inquit quartus
viātor, – et societate ejus dignos, quem medium habētis! Nonne satis
est duos vestrum pedibus ire? Cur unus trium commode iter non
facit?» Tum pater: «Unum restat, mi fili! Nos ipsi videlicet asīnum
nostrum ferre debemus!»

Отвѣтьте на вопросы:

1. Quō rusticus cum filio iter faciēbant? 2. Quomōdo rusticus iter
faciēbat? 3. Quomōdo filius rustici iter faciēbat? 4. Quot viatōres eis
occurrunt? 5. Quid primus viātor dixit? 6. Quomōdo post primi vi-
atōris dicta pater et filius iter faciunt? 7. Quid secundus occurrens
dixit? 8. Quid rusticus et filius post ejus verba faciunt? 9. Quid terti-
us dixit? 10. Quomōdo pater et filius nunc iter faciunt? 11. Quibus
verbis quartus viātor vituperāvit euntes? 12. Quid, patris sententiā,
eis restat? 13. Quomōdo, tuā sententiā, pater et filius ire debent? 14.
Quo iudicio quisque uti debet?

C. 1. Si vis amāri, amā! 2. De nihilo nihil fit. 3. Fata nolentem
trahunt. 4. Fecit, cui profuit. 5. Malo mori, quam foedāri. 6. Volens
nolens. 7. Quod tibi fiēri non vis, noli facere altēri. 8. Stultum facit

fortūna, quem vult perdēre. 9. Qui e nuce nucleum edēre vult, frangit nucem. 10. Nolo ego metui, volo amāri. 11. Pax intransibibus, salus exeuntibus! 12. Quod non licet feminis, aequae non licet viris. 13. Caesarem decet stantem mori. 14. Ex duobus malis eligere minimum oportet. 15. Te hominem esse memento! 16. Spes fore cras semper ait melius (*Tibullus*). 17. Memento patriam. 18. Memento vivere. 19. Memento mori. 20. Mendacem memorem esse oportet. 21. Praestat nos mori, quam servire (*Cicero*). 22. Gaudere refer! 23. Nulla ars imitari sollertiam naturae potest. 24. Gaudere decet, laetari non decet.

4. Переведите на латинский язык:

1. С наступлением (inire) весны многие птицы возвращаются. 2. Рыбам надо плавать (= следует, чтобы рыбы плавали). 3. Известно, что греки завоевали Трою. 4. Очевидно, что судья должен быть справедливым. 5. В этих районах часто бывают сильные бури: идет дождь, сверкает молния, гремит гром. 6. Полководцу подобает быть смелым. 7. Силу позволено отражать силой. 8. Я не люблю гулять, когда идет снег. 9. Мне жаль этого мальчика. 10. Мне стыдно за свою ошибку.

Тема 36. Modus conjunctivus. Tempora infecta

Образование

Praesens

Imperfectum

основа инфекта +

суффикс -ē-
(гласный основы
выпадает, I
спр.)

суффикс -ā-
(II, III, IV
спр.)

суффикс -rē-

+ личные окончания активного или пассивного залога

Sum, fui, - , esse

Praesens conjunctivi

sing. pl.

1. sim sīmus

2. sīs sītis

3. sit sint

Imperfectum conjunctivi

sing. pl.

- | | | |
|----|-------|---------|
| 1. | essem | essēmus |
| 2. | essēs | essētis |
| 3. | esset | essent |

Упражнения

1. Образуйте praesens и imperfectum conjunctivi activi: dubito 1, vivo 3, transeo, absum.

2. Образуйте praesens и imperfectum conjunctivi passivi: amo 1, quaero 3, rapio 3, refēro.

3. Образуйте praesens и imperfectum conjunctivi от глаголов for 1, utor 3, fateor 2; gaudeo, gavīsus sum, 2; confīdo, fīsus sum, 3.

4. Переведите на латинский язык:

1. Споем(те), друзья! 2. Давайте хорошо учиться! 3. О если бы он любил меня! (может быть, любит). 4. О если бы он сейчас был здесь! (его нет). 5. Где мне искать справедливости? Откуда мне ждать помощи? 6. Пусть он говорит! 7. Пусть они не молчат! 8. Кто-нибудь, может быть, знает... 9. Можно было бы предположить...

5. Переведите на латинский язык:

A. 1. Dictis facta respondeant! 2. Qui dedit beneficium, taceat; narret, qui accēpit. 3. In omni quaestione propositum sit nobis bonum publicum. 4. Suum quisque noscat ingenium acremque se et bonorum et vitiorum suorum iudicem praebeat. 5. Apud me cum amicis tuis maneat! 6. Quis unquam hoc arbitrarētur? 7. Utinam illud ne vere scriberem! 8. Senatus hoc ne concedat! 9. Valeant cives – mei, sint incolūmes, sint beāti! 10. Qui nil potest sperare, despēret nil. 11. Cāntet, amat quod quisque: || levānt et cārmīna cūras. 12. Hanc tua Penelōpe lento tibi mittit, Ulixes.

Nil mihi rescribas; at tamen ipse vēnī! (*Ovidius, Heroīdes*)

B. Societas leonina

Nunquam esse fidēlem cum potenti societatem docet Phaedrus, fabularum poēta clarissimus. Vacca enim et capra et ovis sociae venationis leōni in saltibus fuērunt. Postquam cervum pinguem comprehendērunt, dixerunt cetērae: «Dividāmus praedam communem et paria omnibus tribuāmus! Nemo nostrum partem meliorem vel pejorem habeat! Nemo habeat majorem vel minorem!» Leo autem, cer-vo in quattuor partes diviso: «Ego, – inquit, – hanc primam postulo, quod leo nominor; secundam, quia fortissimus sum, mihi tribuētis;

haec tertia, quod robustior cetēris animalībus, mea erit; si autem illam quartam mihi concesserītis, poenā gravissimā liberabimīni».

Sic leo obtinuit partem non optīmam vel maxīmam, sed totam praedam. Sociae fraudātae sunt etiam minīmā parte vel pessīmā.

Simīlis inter homīnes sociētas, e qua alii omnes fructūs, alii detrimēta modo accipiunt, «sociētas leonīna» saepe nominātur.

C. 1. Sit venia verbo! 2. Ignoscas aliis multa, nihil tibi. 3. Ne variētur! 4. Audiātur et altēra pars! 5. In silvam ligna ne feras! 6. Fēci, quód potuí, || faciānt meliōra potēntes. 7. Cedant arma togae! 8. Sit mens sana in corpōre sano! 9. Sīt tibi tērra levis, || mollīque tegāris arēna. 10. Fiat lux! 11. Sīt nox cūm somnó, || sīt sine līte diēs! 12. Quíquid agís, || prudēter agás || et rēspīce finem. 13. Ante victoriam ne canas triumphum! 14. Quam quisque scit artem, in hac se exerceat. 15. Si sapis, sis apis. 16. Ó mihi prāeterītós || refērāt si Júppter ānnos! (*Vergilius*) 17. Ossa placīde quiescant! (*epitaphius*) 18. Requiescat in pace! 19. Caveant (videant) consūles! 20. Cave, ne cadas! 21. Prima lex historiae, ne quid falsi dicat! 22. Taceat de Achille, qui non est Homērus. 23. Tamdiu discendum est, quamdiu vivas. 24. Ne vivas alīter in solitudīne, alīter in foro. 25. Concordet sermo cum vita! 26. Fortūnam citius reperias, quam retineas. 27. Qui nescit arāre, ascendat mare. 28. Ignem igni ne addas.

Тема 37. Modus conjunctivus. Tempora perfecta.

Условные периоды

Образование

Perfectum activi

Plusquamperfectum activi

основа перфекта +

суффикс -ērī-

суффикс -issē-

+ личные окончания активного залога

Perfectum passivi

Plusquamperfectum passivi

participium perfecti passivi

+ глагол esse в praes. conj.

+ глагол esse в imperf. conj.

Условные периоды

1. Casus reālis

придаточное предложение

главное предложение

Si + indicativus всех времен

indicativus, imperativus или con-

junctivus в любом значении, употребляемом в независимом предложении

2. Casus potentiālis

<i>придаточное предложение</i>	<i>главное предложение</i>
praesens или perfectum conjunctivi	praesens или perfectum conjunctivi
(без особого различия для смысла)	

3. Casus irreālis

<i>придаточное предложение</i>	<i>главное предложение</i>
a) imperfectum conjunctivi	imperfectum conjunctivi
b) plusquamperfectum conjunctivi	plusquamperfectum conjunctivi

Упражнения

1. Образуйте perfect. et plusquamperf. conjun. act. et pass. от глаголов accūso 1, video 2, refēro.

2. Образуйте perfect. et plusquamperf. conjun. от глаголов proficiscor 3, admīror 1, partior 4.

3. Образуйте perfect. et plusquamperf. conjun. act. от глаголов volo, eo, possum.

4. Переведите на русский язык:

A. 1. Nemīnem cito laudavēris, nemīnem cito accusavēris: semper puta te coram diis testimonium dicēre (*Senēca*). 2. Quod tibi fiēri non vis, altēri ne fecēris. 3. Ne transiēris Hībērūm; ne quid rei tibi sit cum Saguntīnis. 4. Aliēnum malum ne fecēris tuum gaudium. 5. Quis neget eximiam gloriam saepius fortunae, quam virtūtis beneficium? 6. Malim equīdem indisertam prudentiam, quam stultitiam loquācem (*Cicēro*). 7. Omnia vincit Amor, et nos cedāmus Amōri! 8. Quid ego de Marco Marcello loquar, qui Syracūsas, urbem ornatissimam, cepit? 9. Utīnam possim tibi referre gratiam! 10. Tū mihi sōla placēs, || placeām tibi, Cýnthia, sōlus (*Propertius*). 11. Quisquis amāt, valeāt, || pereāt, qui nēscit amāre; / bīs tantó pereāt || quisque amāre vetāt! 12. Sapientia mea utīnam digna esset opiniōne vestra! 13. Utīnam tam sapiens esses, quam es felix! 14. Utīnam lex esset, quae uxōri est, viro! 15. Littērae tuae me molestiā valde levavērunt: utīnam omnīno liberavissent! 16. Utīnam ut culpam, sic etiam suspiciōnem vitāre possēmus! 17. Utīnam me mortuum prius vidisses aut audivisses! Utīnam te non solum vitae, sed etiam dignitātis meae superstitem reliquisses! (*Cicēro, epistūla ad Quintum fratrem*). 18. Sit fur, sit sacrilēgus, sit flagitiōrum omnium princeps; at est bonus

imperātor (*Cicēro, in Verrem*). 19. O stultum homīnem, dixērit quispiam.

В. «Ad Leuconoēn»

Tu ne quaesiēris, scire nefas, quem mihi, quem tibi
Finem di dedērint, Leuconoē, nee Babylonios
Temptāris numēros. Ut melius, quidquid erit, pati:
Seu plures hiēmes seu tribuit Juppīter ultīmam,
Quae nunc opposītis debilitat pumicībus mare
Tyrrhēnum: sapias, vina liques et spatio brevi
Spem longam resēces. Dum loquimur, fugērit invīda
Aetas; carpe diem, quam minimū credūla postēro.

(*Horatius*)

5. Определите глагольные формы: es, sis, eras, esses, eris, fuēris (2), fuisses; conantur, conentur, conabantur, conarentur, conabuntur, conāti sunt, conāti erant, conāti sint, conāti essent, conāti erunt; vult, volēbat, volet, voluit, voluērat, velit, vellet, voluisset, voluērit (2); vive, vivas, vivite, vivātis; veniam (2), venies, veniēbam, venīrem; loquimur, locūti sumus, loquāmur, locūti simus; scribēbam, scribērem, scripsi, scripsērim.

6. Переведите на латинский язык:

1. Читай эту книгу! 2. Не верь этому человеку! 3. О если бы он был (сейчас) жив! 4. Если бы у меня была эта книга, я бы, возможно, тебе ее дал. 5. Если я смогу, я приду к тебе. 6. Если бы греки не применили хитрость, они бы не завоевали Троию.

7. Переведите на русский язык:

А. 1. Pecunia est ancilla, si scis uti; si nescis, domīna. 2. Matrimonium tum est perpetuum, si mutuā voluntāte conjungitur. 3. Parvi sunt foris arma, nisi est consilium domi (*Cicēro*). 4. Dies deficiat, si causas mali enumerāre coner. 5. Thucydīdis oratiōnes imitāri neque possim, si velim, nec velim fortasse, si possim (*Cicēro*). 6. Pluribus verbis ad te scribērem, si res verba desiderāret ac non pro se ipsa loqueretur. 7. Quid faciam? Te consūlo. «Vivas, – inquis, – in littēris». An quidquam me aliud agere censes? Aut possim vivere, nisi in littēris vivērem (*Cicēro*). 8. Si venisses ad exercitum, a tribūnis militaribus visus esses; non autem ab his visus es, igitur non ad exercitum profectus es. 9. Quid esset humano genere felicius, si omnes esse possent amici? 10. Pons paene iter hostibus dedisset, nisi unus

vir fuisset, Horatius Cocles, qui eos prohibuit. 11. Homīnes misēri essent, si dies mortis iis notus esset.

12. Si tibi deficient medīci, medīci tibi fiant

Haec tria: mens laeta, requies, moderāta diaeta.

B. «Ad Fabullum»

Cenābis bene, mi Fabulle, apud me
 Paucis, si tibi di favent, diēbus,
 Si tecum attulēris bonam atque magnam
 Cenam, non sine candida puella
 Et vino et sale et omnībus cachinnis.
 Haec, si, inquam, attulēris, venuste noster,
 Cenābis bene: nam tui Catulli
 Plenus saccūlus est araneārum.
 Sed contra accipies meros amōres
 Seu quid suavius elegantiusve est:
 Nam unguentum dabo, quod meae puellae
 Donārun't Venēres Cupidinesque,
 Quod tu cum olfacies, deos rogābis,
 Totum ut te faciant, Fabulle, nasum.

(Catullus)

Тема 38. Употребление времен и наклонений в придаточных предложениях (придаточные предложения цели, дополнительные, следствия, пояснительные)

Конъюнктив в придаточных предложениях

Форма сказуемого в главном пред- ложении	Форма сказуемого в придаточном предложении при действии:		
	одновременном	предшествующем	предстоящем
Главные времена: Praesens Futurum I Futurum II Imperativus	Praesens con- junctivi	Perfectum conjunc- tivi	Participium futuri activi + praesens con- junctivi гла- гола esse (форма на -ūrus sim)
Исторические времена: Perfectum	Imperfectum conjunctivi	Plusquamperfectum conjunctivi	Participium futuri activi + imperfectum

Imperfectum
Plusquamperfectum

conjunctivi
глагола esse
(форма на
-ūrus essem)

Упражнения

1. Переведите на русский язык:

A. 1. Constitui ad te venīre, ut te et vidērem et visērem et cenārem etiam. 2. Explicāvi sententiam meam, ut tuum iudicium cognoscērem. 3. Non possūmus omnia per nos agēre: alius in alia re est magis utilis, idcirco amicitiae comparantur, ut commūne commōdum mutuis officiis gubernētur. 4. Caesar equītes misit, ut eos, qui fugērant, persequerentur. 5. Date puēro panem, ne ploret! 6. Plerīque lacrimas fundunt, ut aliis dolōrem suum ostendant. 7. Longiōre morā opus est, ut solvas quaestiōnem, quam tu propōnas. 8. Corpus multis eget rebus, ut valeat, animus se ipse alit, se exercet. 9. Gallīnae avesque reliquae cubilia sibi nidosque construunt eosque quam possunt mollissīme substernunt, ut quam facillīme ova serventur. 10. Alīquis vir bonus nobis eligendus est ac semper ante oculos habendus, ut sic, tamquam illo spectante, vivāmus et omnia, tamquam illo vidente, faciāmus (*Senēca*). 11. Helvetii frumentum omne, praeterquam quod secum portatūri erant, combūrunt, ut, domum reditiōnis spe sublātā, paratiōres ad omnia pericūla subeunda essent (*Caesar*). 12. Nero urbem Romam incendit, ut spectacūli ejus imaginem cernēret, quali olim Troja capla arsērat. 13. Pyrrhus, Epirotārum rex, ul auxilium Tarentīnis ferret, in Italiam vēnit. 14. Hoc totum omitto, ne offendam tuas patientissīmas aures. 15. Gallīnae avesque reliquae pullos pennis foveant, ne frigōre laedantur. 16. Graeci post Trojam captam occidērunt Astyanactem, Hectōris filium, ne per illum bellum restituerētur. 17. Germāni suas copias castris eduxērunt omnemque aciem suam raedis et carris circumdedērunt, ne quae spes fugae relinquerētur.

18. Dura alīquis praecepta vocet mea: durā fatēmur

Esse, sed, ut valeas, multa dolenda feres (*Ovidius*).

19. Ex magna cena stomācho fit maxīma poena;

Ut sis nocte lēvis, sit tibi cena brevis!

20. Ne laudet dignos, laudat Callistrātus omnes.

Cui malus est nemo, quis bonus esse potest? (*Martiālis*)

21. Inde datae leges, ne fortior omnia posset.

B. 1. Cura, ut valeas. 2. Nihil aliud curo, quam ut bene honestēque vivam. 3. Sic tibi, mi Paete, persuāde me dies et noctes nihil aliud agāre, nihil curāre, nisi ut mei cives salvi liberique sint (*Cicēro*). 4. Hannibal, in extrēmum angulū agri Bruttii compulsus, nihil jam majus precātur deos, quam ut incolūmi cedēre atque abire ex hostium terra liceat. 5. Moneo te, ut cum viris bonis, jucundis, amantibus tui vivas. 6. Omnes undique ad te manus tendunt – rogant, ut errantibus clarum veritatis lumen ostendas (*Senēca, epistūla ad Lucilium*). 7. Euripides, postulante populo, ut ex tragoedia quandam sententiam tolleret, progressus in scaenam, dixit se, ut eum doceret, non ut ab eo disceret, fabūlas componere solere. 8. Philosophia nos cum cetēras res omnes, tum, quod est difficillimum, docuit, ut nos ipsos nosceremus. 9. Artes et littērae non florent, nisi in pace; quā de causā omnes homīnes optant, ut pax sit inter populos. 10. Efficiam, ut intellegātis nihil esse homīni tam timendum, quam invidiam (*Cicēro*). 11. Lycurgus instituit, ut omnes Lacedaemonii sine ullo discrimīne commūni mensā uterentur. 12. Hoc tantum a vobis peto, ne temere navigētis. Solent enim nautae festinare quaestūs sui causā. 13. Quis nescit primam esse historiae legem, ne quid falsi dicere audeat? 14. Amor patriae monet nos, ne privato commōdo plus, quam commūni utilitāti serviāmus. 15. Cavendum est, ne major poena, quam culpa sit. 16. Neque metuo, ne me spes fallat. 17. Illud quidem minime verendum est, ne labōrem studiōrum pueri difficilius tolèrent: neque enim ulla aetas minus fatigātur (*Quintiliānus*). 18. Timeo, ne mihi in carcere habitandum sit. 19. Non vereor, ne tua virtus opiniōni homīnum non respondeat. 20. Equidem illud molior, ut mihi Caesar concēdat, ut absim, cum aliquid in senātu contra Gnaeum agatur. Sed timeo, ne non impetrem (*Cicēro*). 21. O puer, ut sis vitālis, metuo. 22. Non ea res me deterruit, quomīnus littēras ad te mitterem, quod tu ad me nullas misēras. 23. Nec vero Isocrāti, quomīnus haberētur summus orātor, offēcit, quod infirmitate vocis, ne in publico diceret, impediēbātur. 24. Illi non dubitant, quin eā vera sint, quae defendunt. 25. Dubitandum non est, quin nunquam possit utilitas cum honestate contendere. 26. Quis dubitat, quin in virtute divitiae sint? 27. Quis dubitare potest, quin deōrum immortalium munus sit, quod vivimus, philosophiae – quod bene vivimus? (*Senēca*) 28. Non dubito, quin oratio semper vim magnam habuerit. 29. Non dubito, quin admirātus sis. 30. Num quis poterit dubitare,

quin propter improbitatem tuam tam magnos quaestūs feceris, propter magnitudinem quaestūs imprōbus esse volueris? (*Cicēro, in Verrem*) 31. Non fuerat mihi dubium, quin te visūrus essem. 32. Dic mihi, quare luna dissimillimum soli lumen accipiat, quare modo rubeat, modo palleat. Dic mihi, quare omnes stellae dissimillimam faciem habeant? 33. Docēbo, quomōdo fiēri dives celerrīme possis. 34. Democrītus explicāvit, cur ante lucem galli canerent. 35. Quae faciam fecerimque pro te, ex illōrum te littēris, quam ex meis, malo cognoscere. 36. Quomōdo fabūla, sic vita: non quam diu, sed quam bene acta sit, refert. 37. Cogita, quas clades ebrietas genuerit! 38. Defectiones solis et lunae cognitae praedictaeque in omne posterum tempus: quae, quanta, quando futurae sint. 39. Mihi non minōri curae est, qualis res publica post mortem meam futura sit, quam qualis hodie sit. 40. Solo Pisistrāto tyranno, quaerenti, quā spe fretus sibi tam audacter obsisteret, respondisse dicitur: «Senectūte». 41. Amīcus quaesivit, quo die Romā exissem. 42. Quaero, utrum veterum facinorum sis imitator, an inventor novorum? 43. Diu magnum inter mortales certamen fuit, vine (= vi ne) corporis an virtute animi res militaris magis procederet. 44. Manere an abire me velitis, dicite. 45. Quaesivi a Catilina, in nocturno conventu apud M. Laecam fuisset, necne (*Cicēro*). 46. Philosophia marito suadet, quomodo se gerat adversus uxorem; patri – quomodo educet liberos; domino – quomodo servos regat (*Seneca*). 47. Hoc ipso melior tua, quam nostra condicio, quod tu, quid doleat, scribis. 48. Hoc me ipse consolabar, quod non dubitabam, quin ille te visurus esset. 49. Majoribus nostris praecipuam laudem gratiamque debemus, quod eorum labore est factum, ut impune in otio esse possemus (*Cicēro*). 50. Caesar graviter Aeduos accusat, quod ab iis non sublevetur. 51. Decima legio per tribunos militum Caesari gratias egit, quod de se optimum iudicium fecisset. 52. Legati ab Aeduis veniebant questum, quod Harudes fines eorum popularentur.

C. 1. Dives est, cui tanta possessio est, ut nihil optet amplius. 2. Tempus fuit huius modi, ut quisque suam conditionem miserriam putaret. 3. Nasus ita locatus est, ut quasi murus oculis interiectus esse videatur. 4. Nemo tarn malus est, ut videri (malus) velit. 5. Tantam vim habet oratio, ut etiam adversantem ac repugnantem capere possit. 6. Tanta est potentia veritatis, ut se ipsa sua claritate defendat. 7. Haec est natura mortalium, ut nihil magis eis placeat, quam quod

amissum est. 8. Spero, sic moriar, ut mortuus non erubescam. 9. Totae res rusticae ejus modi sunt, ut eas non ratio, non labor, sed res incertissimae – venti tempestatesque – moderentur. 10. Habet multitudo vim quandam talem, ut orator sine multitudiŋe audiente eloquens esse non possit. 11. Nullius hominis tantum est ingenium, ut omnibus rebus cognoscendis sufficiat. 12. Nemo tam puer est, ut Cerberum timeat. 13. Tanta subito tranquillitas exstitit, ut naves se e loco commovere non possent. 14. Crassus sic Graece loquebatur, ut nullam aliam linguam scire videretur. 15. Plinius dicere solebat nullum librum esse tam malum, ut non aliquā parte prodesset. 16. Captiva a militibus adducitur ad Scipionem adulta virgo, adeo eximiā formā, ut, quacumque incedebat, omnium oculos converteret. 17. Flumen est Arar, quod per fines Aeduorum et Sequanorum in Rhodanum influit, incredibili lenitate, ita ut oculis, in utram partem fluat, judicari non possit. 18. Quae fuit unquam tam bene conscripta vel acta fabula, ut toti theatro placuerit? 19. Atticus cum eo, quem puerum in ludo cognoverat, adeo conjuncte vixit, ut ad extremam aetatem amicitia eorum creverit.

D. 1. Non potest fieri, ut non vir bonus irascatur malis. 2. Ita dis placitum, ut voluptatem maeror sequatur. 3. Natura comparatum est, ut, quos amamus, ab iis etiam nos amari velimus. 4. Ita fit, ut mater omnium bonarum rerum sit sapientia. 5. Videndum est, ut ea liberalitate utamur, quae prosit amicis, nemini noceat. 6. Constitutum est, ut, quo quisque loco fulmine ictus esset, eodem loco sepeliretur. 7. Apud Lacedaemonios mos erat, a maioribus traditus, ut binos haberent semper reges, nomine magis, quam imperio. 8. Vetus est lex illa justae veraeque amicitiae, ut idem amici semper velint; neque est ullum amicitiae certius vinculum, quam consensus et societas consiliorum et voluntatum. 9. Antiquis mos erat, ut cotidie lavarentur: hinc tot balnea publica et privata. Feminae et pueri gratis, viri autem quadrante lavabantur. 10. Orandum est, ut sit mens sana in corpore sano (*Juvenalis*). 11. Omnia, Castor, emis: sic fiet, ut omnia vendas (*Martialis*).

2. Переведите на латинский язык:

1. Мы изучаем латинский язык, чтобы (мы могли) читать латинских писателей и поэтов. 2. Врач будет заботиться, чтобы вы были здоровы. 3. Я пришел, чтобы помочь тебе. 4. Родители очень хотят, чтобы дети хорошо учились. 5. Я боялся, что друг

не придет ко мне. 6. Дайте девочке мяч, чтобы играла. 7. Солнце так действует, что все в природе расцветает. 8. Случается, что вслед за славой идет зависть (= зависть следует за славой). 9. Известно, какую силу имеет, имела и будет иметь наука. 10. Отец спросит, что нового (*quid novi*) узнал ты вчера в школе. 11. Я не знал, где ты был вчера, что ты делаешь сегодня и что ты будешь делать завтра. 12. Никто не сомневается, что Цицерон был знаменитым оратором. 13. Древние (люди) не сомневались, что боги слышат их мольбы и обеты. 14. Боюсь, как бы не опоздать (= не прийти поздно). 15. Ганнибал покинул свою родину Карфаген из страха (*timens*) быть выданным римлянам (= что его выдадут).

3. Переведите на русский язык:

A. De Euclīde

Euclīdes Megarensis saepissīme Athēnas visitāvit, ut Socrātis sermonībus interesset. Athenienses autem magno odio in Megarenses flagrābant et edixērunt, ne quis civis Megarensis Athēnas visitāret. «Vir Megarensis, qui in urbem nostram venērīt, gravīter puniētur». Euclīdes autem poenā gravi non terrebātur, sed, ut philosōphum visitāre posset, longā veste muliēbri indūtus et capite velāto Athēnas properābat. Ibi cum Socrāte disputābat. Deinde, sub lucem, eādem veste muliēbri tectus, ne cognoscerētur, Megāram domum properābat.

Ответьте на вопросы:

1. Cur Euclīdes Athēnas saepe visitāvit? 2. Amantne Athenienses Megarenses? 3. Quid edictum est ab Atheniensibus? 4. Venitne Euclīdes Athēnas? 5. Quomōdo Euclīdes Athēnas vēnit? 6. Cur Euclīdes vestem muliēbrem sibi induit?

B. De Niōba

Puēri magistrum, quis Niōba fuērīt, narrāre rogant. Et magister narrāvit eis, quis Niōba fuisset.

Niōba, Tantāli filia, uxor erat Amphiōnis, regis Thebanōrum. Erant ei septem filii septemque filiae. Niōba valde superba fuit, quod quattuordēcim libēros habēbat. Aliquando muliēres et virgīnes deae Latōnae, matri Apollīnis et Diānae, sacrificābant. Niōba, quae omnibus deis deabusque irascebātur propter poenam patris, accurrit interrogavitque, cur Latōnam colērent. «Latōna, – inquit, – duos libēros habet, mihi autem septem filii septemque filiae sunt». Et pos-

tulāvit, ut sibi, non Latōnae sacrificārent. Latōna, his verbis audītis, Apollinem et Diānam ad se advocāvit, de superbia Niōbae questa est, ut eam punīrent, rogāvit. Non dubitābat enim, quin libēri se ultūri essent. Ita factum est, ut omnes libēri Niōbae necarentur; Apollo sagittis suis filios, Diāna filias necavērunt. Omnībus libēris perdītis, Niōba, maxīmo dolōre affecta, in Phrygiam, patriam Tantāli, migrāvit. Ibi, in monte sedens, semper flevit. Postrēmo misericordiā deōrum in saxum mutāta est. At in saxum mutāta flēre non desīnit, nam aquae, super saxum fluentes, ab incōlis lacrimae Niōbae appellantur.

C. 1. Do, ut des. 2. Si tacuisses, philosophus mansisses. 3. Fide, sed cui fidas, vide. 4. Odērint, dum metuant. 5. Ut desint vires, tamen est laudanda voluntas. 6. Legum servi esse debēmus, ut libēri esse possīmus. 7. Nullus tam imperītus scriptor est, qui lectōrem non inveniat simīlem. 8. Nihil est jam dictum, quod non sit dictum prius. 9. Quod tibi fiēri non vis, altēri ne fecēris! 10. Legem brevem esse oportet, quo facilius ab imperītis teneātur. 11. Esse (edēre) oportet ut vivas, non vivēre, ut edas. 12. Non pudeat dicēre, quod non pudet sentīre.

Тема 39. Употребление времен и наклонений в придаточных предложениях (придаточные предложения времени, причины, уступительные, относительные)

1. Переведите на русский язык:

A 1. 1. Cum navigāre potēris, ad nos vēni. 2. Dilucūlum est, cum, sole nondum orto, jam lucet; secundum dilucūlum vocātur mane, cum lux vidētur solis. 3. Nulla est haec amicitia, cum alter verum audīre non vult, alter ad mentiendum parātus est. 4. Adulscientes, cum relaxāre anīmos et dāre se jucunditāti volent, caveant intemperantiam, meminērint verecundiae. 5. Illo die, quo ego consul sum creātus, male gesta res publīca est, pejus multo, quam cum P. Valerius consul periit (*Livius*). 6. Poētārum libros delectatiōnis causā, cum est otium, legēre soleo. 7. Vetēres Romāni, cum consilium publīcum desiderabātur, e villis veniēbant in senātum. 8. Galli, cum hostes superavērunt, animalia capta immōlant. 9. Cum hostes in eum locum, unde egressi erant, reverti coepērunt, a militibus Romānis circumveniebantur.

10. Cum morītur dives, concurrunt undīque cives;

Paup̄eris ad funus vix est e milib̄us unus.

11. Jam fere omnes copiae pedestres evas̄erant e saltu, cum densa nebūla omnem saltum intexit. 12. Hannībal, jam scalis aliisque omnib̄us ad oppugnationem parātis, subibat muros, cum repente in eum erumpunt Romāni. 13. Prima lux fere erat, cum vigl̄es in vallo ad arma conclamav̄erunt. 14. Vix prior tumultus conticūerat, cum dux aggr̄edi urbem jubet. 15. Cum «nosce te» dicit Apollo, hoc dicit: nosce animum tuum. 16. Non Hercūli noc̄ere Dejanīra voluit, cum ei tunīcam, sanguine Centauri tinctam, dedit. 17. Cum illi eā dico, tibi eādem dico. 18. Cum defic̄ere Alexandrum amīci vid̄erent, quaesiv̄erunt, quem imperii fac̄eret her̄edem. Respondit: «Dignissimum». 19. Multi, cum in potestāte hostium aut tyrannōrum essent, dolōrem suum doctrīnae studiis levav̄erunt. 20. Thucydīdes libros suos tum scripsisse dic̄itur, cum a re publīca remōtus atque in exsiliū pulsus esset. 21. Cum in tabernam venissem, ibi et cenāre et noctem aḡere volui. 22. Philosophus Crates, cum indoctum pūrum vidisset, paedagōgum ejus accusāvit. 23. Majōres nostri, convēnae pastoresque, cum in his locis nihil praeter silvas paludesque esset, novam urbem tam brevi aedificav̄erunt. 24. Cum Caesar ad oppidū Gallōrum accessisset castrāque ibi pon̄eret, pūri mulieresque, ex muro, passis manib̄us, suo more pacem a Romānis petiv̄erunt. 25. Poēta Titus Lucretius, amatorio pocūlo in furōrem versus, cum alīquot libros per intervalla insanīae conscripsisset, quos postea Cic̄ero emendāvit, propriā se manu interf̄ecit anno aetātis quadregesīmo quarto. 26. Hab̄ere dicimur febrim, cum illa nos habeat. 27. Loquax est error, cum veritas simplex sit. 28. Cur in minōre negotio legem times, cum in majōre eam neglex̄eris? 29. Minīme convēnit postulāre amōrem caritatemque a dis immortalib̄us, cum inter se nos ipsi neglecti simus.

A 2. 1. Dum vivis, sperāre decet. 2. Dum divitias cons̄equi volūmus, in multa mala incidim̄us. 3. Mihi tu, tui, tua omnia maxīmae curae sunt et, dum vivam, erunt. 4. Thebae, quamdiu Epaminondas praefuit rei publīcae, caput fuit totius Graeciae. 5. Cato, quoad vixit, virtūtum laude crevit. 6. Dum haec in colloquio geruntur, Caesāri nuntiātum est equites Ariovisti acced̄ere. 7. Dum elephantī trajiciuntur, Hannībal equites quingentos ad castra Romāna mis̄erat speculātum, ubi et quantae copiae essent et quid par̄arent. 8. Hasdrūbal, Poenōrum imperātor, procul ab hoste tenēbat se, quoad ei

supplementa ex Afrīca missa sunt. 9. Caesar occīsus aliquamdiu jacuit, donec, lectīcae impositum, tres servūli eum domum rettulērunt. 10. Dum mini a te littērae veniant, in Italia morābor. 11. Non faciam finem rogandi, quoad nuntiātum erit te id fecisse. 12. Caesar, dum reliquae naves eō convenīrent, ad horam nonam in ancoris exspectāvit. 13. Dum vires annīque sinunt, tolerāte labōres (*Ovidius*). 14. Opprīme, dum nova sunt, subīti mala semīna morbi (*Ovidius*).

15. At tu, dum primi floret tibi tempōris aetas,

Utēre: non tardo labītur illa pede (*Tibullus*).

A 3. 1. Lacedaemonii, postquam audivērunt muros ab Atheniensībus instrui, legātos Athēnas misērunt, qui id fiēri vetārent. 2. Postquam divitiae honōri esse coepērunt et eas gloria, imperium, potentia sequebātur, hebescere virtus, paupertas probro habēri, innocentia pro malevolentia duci coepit. 3. Hamilcar, postquam mare transiit in Hispaniamque vēnit, magnas res secundā fortūnā gessit. 4. His rebus celerīter administrātis, ipse Caesar, cum primum per anni tempus potuit, ad exercītum suum contendit. 5. Hostes, ubi primum nostros equītes conspexērunt, impētu facto, nostros perturbavērunt. 6. Ubi per exploratōres Caesar certior factus est Helvetios tres jam partes copiārū id flumen traduxisse, quartam fere partem citra flumen Arārim reliquam esse, cum legionībus e castris profectus, ad eam partem pervēnit, quae nondum flumen transiērat. 7. Postquam omnia ferro ignīque satis vastāta sunt, consul agro hostium excessit. 8. Postquam castra Hannibālis ad id flumen posīta sunt, exurebātur pulcherrīmus Italiae ager, villaeque passim incendiis fumābant.

A 4. 1. Antēquam de accusatiōne ipsā dico, de accusatōrum spe pauca dicam. 2. Nuntia civībus Romānis, ut Urbem muniant ac, priusquam hostes adveniunt, praesidiis eam firment. 3. Phaēthon, antēquam constitit, ictu fulmīnis deflagrāvit. 4. Simul primum consul de hostium adventu cognōvit et priusquam exercītus noster instrui potuit, equītes hostium in nostros incurrunt. 5. De Catilīnae conjuratiōne, quam verissīme potēro, paucis (verbis) absolvam. De cuius morībus pauca prius explananda sunt, quam initium narrandi faciam (*Sallustius*). 6. Hunc collem celerīter, priusquam ab hostībus cognoscātur, dux munīri jubet. 7. Romā legāti Carthagīnem venērunt. Hannībal, ratus hos sui exponendi gratiā missos, priusquam iis senātus darētur, clam navem ascendit atque in Syriam ad regem Antiōchum

profūgit. 8. Subīto consilium cepi, ut, antēquam lucēret, exīrem. 9. Epaminondas non prius bellāre destituit, quam urbem Lacedaemoniōrum obsidiōne clausit. 10. Carthagīnem verēri non ante desīnam, quam illam excīsam esse cognovēro.

B. 1. Cum solitūdo et vita sine amīcis insidiārum et metūs plena sit, ratio ipsa monet amicitias comparāre. 2. Cum Athēnas, tamquam ad mercatūrā bonārū artium, profectus sis, inānem redīre turpissimū est (*Cicēro*). 3. Suadeo tibi, ne sis miser ante tempus, cum illā, quae timuisti, fortasse nunquam ventūra sint, certe non venērint. 4. Majōres nostri, cum regum potestātem non tulissent, magistrātus annuos creavērunt. 5. Cum sumptūs cotidiāni maxīmi fiērent, celerīter pecunia deesse coepērat. 6. Tantālus, rex Phrygiae, cum esset opulentissimū, ipsos deos ad convivia vocavisse dicītur. 7. Plutarchus narrat regi Dejotāro plures filios fuisse. Cum hic rex uni eōrum imperium atque omne patrimonium suum relinquere cupēret, ut id facilius facēret, cetēros omnes manībūs suis trucidāvit. 8. Caesar cum omnībūs copiīs in Morīnos proficiscītur, quod inde erat brevissimū in Britanniam trajectus. 9. Suebi omnīno ad se vinum importāri non sinunt, quod eā re viros effemināri arbitrantur. 10. Amīco inimicōque bonum semper praebe consilium, quia amīcus accipit, inimīcus abjicit. 11. Bene est mihi, quia tibi bene est. 12. Quia vitia nostra saepe amāmus, malūmus excusāre illā, quam accusāre. 13. Vultis scire, quare patrem non relinquam? Quia genuit me, quia educāvit. 14. Scipiōnis filiae ex aerario dotem accepērunt, quia nihil iis reliquērat pater. 15. Ego vero te quam primum, meā vitā, cupio vidēre et in tuo complexu emōri, quoniam neque dī, quos tu castissimē coluisti, neque homīnes, quibus ego semper servīvi, nobis gratiam rettulērunt (*ex epistūla Cicerōnis ad Terentiam, uxōrem suam*). 16. Barbārus hīc ego sum, quia non intellēgor ulli (*Ovidius*).

C. 1. Praedōnes, cum hostes commūnes sint omnium, tamen aliquos sibi vertunt amīcos. 2. Hic homo fuit perpetuo pauper, cum divitissimū esse posset. 3. Ipse Cicēro, cum tenuissimā valetudinē esset, tamen ne nocturnum quidem tempus sibi ad quiētem relinquēbat. 4. Hoc toto proelio, cum ab hora septīma ad vespērum pugnātum sit, aversum hostem vidēre nemo potuit. 5. Geometria inventa est hōc tempore, quo Nilus, plus aequo crescens, confūdīt termīnos possessiōnum; ad quos innovandos adhibīti sunt philosōphi,

qui lineis divisērunt agros. Inde geometria dicītur, cum non tantum terrae, sed et maris et caeli et aëris spatia metīri consuevērīt. 6. Has condiōnes victor hostis vobis propōnit; has, quamquam graves et acerbae sunt, fortūna vestra capēre suadet. 7. Optīme institūtum est, ut ab Homēro atque Vergilio lectio in scholis incipēret, quamquam haud facilis ea est. 8. Etsi satis clemens sum in disputando, tamen interdum soleo irasci. 9. Etsi perpaucis ante diēbus misēram ad te littēras, tamen, cum libertus tuus proficiscerētur, sine meis littēris eum ad te venīre nolui. 10. Etiamsi corpus vinciātur, animo tamen vincūla injīci nulla possint. 11. Rectum est etiam in illis disputationībus, quae cum inimicissimis fiunt, etiamsi nobis indigna audiāmus, iram retinēre. 12. Non negābis, quamvis sis sapiens, gloriae te esse cupidissimum. 13. Neque equus indomītus, quamvis bene natūrā composītus est, idoneus posset esse ad eas utilitatē, quae desiderantur ab equo; neque homo indoctus, quamvis sit ingeniōsus, ad virtutem potest pervenīre.

14. Scite tamen, quamvis longā regiōne remōtus,

Absim, vos animo semper adesse meo (*Ovidius*).

D. 1. Quod si in hoc erro, qui animos homīnum immortāles esse credam, libenter erro, nec mihi hunc errōrem, quo delector, dum vivo, extorquēri volo (*Cicēro*). 2. Nonnulli faciunt imperīte, qui non ut a poēta, sed ut a teste in carmīne veritatē postūlent. 3. Volusēnus, perspectis omnībus Britanniae regionībus, quantum ei facultātis dari potuit, qui navi egrēdi ac se barbāris committēre non audēret, quinto die ad Caesārem revertītur. 4. Neque injuriā amant te, qui sis tam pulcher, omnes muliēres. 5. Me caecum, qui haec ante non vidērim! 6. Egōmet, qui sēro ac levīter Graecas littēras attigissem, tamen, cum Athēnas venissem, complūres tum ibi dies commorātus (sum) (*Cicēro*). 7. Constat inter omnes nihil tam operōse ab aliis esse perfectum, quod non elegantīā Caesāris Commentariōrum de bello Gallico superētur. 8. Et gaudium mihi et solacium in littēris, nihilque tam laetum, quod his laetius, tam triste, quod non per has sit minus triste. 9. Quis non eam victoriam probet, in qua occidērit nemo, nisi armātus? 10. Eā nolui scribēre, quae nec indocti intellegēre possent, nec docti legēre curārent (*Cicēro*). 11. Brevis a natūra vita vobis data est, at memoria bene reddītae vitae sempiterna. Quae si (= si memoria) non esset longior, quam haec vita, quis esset tam amens, qui maxīmis laborībus et pericūlis ad summam laudem gloriamque con-

tendēret? 12. Philippus Aristotēlem Alexandro filio doctōrem invitāvit, a quo ille et agendi accipēret praecepta et eloquendi. 13. Senex serit arbōres, quae altēri saecūlo prosint. 14. Popūlus Romānus sibi tribūnos plebis creāvit, per quos contra senātum et consūles tutus esse posset. 15. Jugurtha legātos ad consūlem mittit, qui tantum ipsi liberisque ipsīus vitam petērent, alia omnia popūlo Romāno dedērent.

16. Aurum et opes et rura frequens donābit amīcus;

Qui velit ingenio cedēre, rarus erit (*Martiālis*).

17. Facta canam, sed erunt, qui me finxisse loquantur (*Ovidius*).

18. Nullum est jam dictum, quod non dictum sit prius

(*Terentius*).

19. Nil erit ulterius, quod nostris morībus addat

Posteritas: eādem cupient facientque minōres (*Juvenālis*).

20. Nil prodest, quod non laedēre possit idem.

Igne si quid utilius? Si quis tamen urēre tecta

Compārat, audāces instruit igne manūs (*Ovidius*).

21. Non, qui solētur, non, qui labentia tarde

Tempōra narrando fallat, amīcus adest (*Ovidius*).

2. Переведите на латинский язык:

1. Когда последний царь был изгнан из Рима, там были избранны два консула. 2. Когда греки завоевали Трою, они вернулись домой. 3. Так как я болен, я остался дома. 4. Римляне уже одержали несколько побед (= несколько победы) над соседними народами, как вдруг возникла новая война с сабинянами. 5. После того как Цицерон раскрыл заговор Катилины, он был назван отцом отечества. 6. Когда Троя была завоевана греками, Эней прибыл в Италию. 7. Когда правил император Нерон, в Риме возник большой пожар. 8. Хотя греки разрушили Трою, память о ней сохранилась в поэмах Гомера. 9. Мой отец, хотя был болен, принимал участие во всех делах. 10. Филипп, отец Александра Великого, когда готовил войну против персов, был убит.

3. Переведите на русский язык:

Marcus Tullius Cicero

1. Marcus Tullius Cicero anno centesimo sexto ante aeram nostram natus est. Quamquam eo tempore vixit, quo multi alii armis rem publicam evertere studerant, is vir clarissimus eam vi eloquentiae suae defendere maluit. Nam omnes oratores, qui tum Romae erant,

eloquentiā praestābat. Jam cum puer scholas celeberrimōrum oratōrum frequentāret, nemo inter aequāles par fuit ei ingenio. Quod ingenium postea summā cum diligentīā excoluit, quia intellegēbat se nullā re magis quam eloquentiā ad summos in re publicā honōres viam sibi munīre posse. Itāque non solum Romae ei arti studiosissime opēram dedit, sed etiam Athēnis, quō postea profectus est, sapientissimos apud Graecos philosophos et disertissimos oratōres magistros habuit. Quorum quidam cum Cicerōnem dicentem audivisset, flevisse dicitur, quod per hunc Graecia eloquentiae laude privarētur.

Postquam Romam revertit, multum in judiciis et in Foro versabatur, cum homīnes innocentes, ab inimicis oppressos, defendēret, et malos homīnes, qui, potentiōrum gratiā freti, in bonos cives invehebantur, accusāret.

Anno sexagesimo tertio Cicēro, consul creātus, conjuratiōnem Catilīnae singulāri cum virtūte et constantiā patefēcit et oppressit. Nam Lucius Sergius Catilīna, homo perditus, re familiāri profūsā et magno aere aliēno facto, conjuratiōnem fecit, ut senātum opprimēret, consules trucidāret, urbem incendēret, aerarium diripēret. Haec scelerata consilia essent perfecta, nisi Cicēro consul eis obstitisset. Qui cum totam rem cognovisset, in senātu coram ipso Catilīnā vehementissimam oratiōnem fecit, quā clandestīna ejus consilia aperuit eumque hostem patriae palam appellāvit. Catilīna, perniciem urbi minitans, Romā profūgit et ad exercitum suum, qui a sociis ejus parātus erat, profectus est. Alii socii ejus, qui in urbe remansērunt, comprehensi et in carcēre necāti sunt. Atrōci proelio cum exercitu Catilīnae orto, omnes conjurāti ab altēro consule interfecti sunt; ipse Catilīna, cum fortissime pugnavisset, longe a suis inter militum Romanōrum corpōra moriens repertus est.

Senātus populusque Romānus Cicerōnem patrem patriae appellāvit.

Ответьте на вопросы:

1. Quo anno M. Tullius Cicēro natus est?
2. Quā re Cicēro rem publicam defendēbat?
3. Cujus scholas Cicēro Romae frequentābat?
4. Quales magistros Cicēro Athēnis habuit?
5. Quem Cicēro in judiciis defendēbat? Quem accusābat?
6. Quo anno Catilīna conjuratiōnem fecit?
7. Quid Catilīna facere volēbat?
8. Quid fecit Cicēro?
9. Quid post oratiōnem, a Cicerōne in senātu habitam, fecit Catilīna?
10. Habuitne Catilīna exercitum?
11. Quis exercitum Catilīnae vicit?

12. Quomodo ipse Catilina pugnabat? 13. Quomodo senatus populusque Romanus Ciceronem appellavit?

Marcus Tullius Cicero (продолжение)

2. Cum inter Caesarem et Pompejum ortae essent inimicitiae, Cicero summo studio nitebatur, ut eos inter se reconciliaret et a belli civilis calamitatibus rem publicam servaret. Cum autem neutri persuadere posset, Pompejum secutus est. Victo Pompejo, a Caesare victore veniam accipit. Quo anno quadragesimo quarto interfecto, cum Antonius, amicus et socius ejus, novum bellum civile concitare videretur, quattuordecim orationes contra eum habuit senatumque permovit, ut eum hostem patriae judicaret. Sed Antonius, rebus suis restitutus, Ciceronem, jam diu sibi inimicum, interficere decrevit. Quam re audita, Cicero in villam suam, quae a mari proxime aberat, fugit et inde navem conscendit, ut in Graeciam navigaret. Sed, cum venti adversi navem rettulissent, taedium fugae et vitae eum cepit regressusque ad villam: «Moriar, – inquit, – in patria, a me saepe servata». Constat, cum, appropinquantibus percussoribus, servi fortiter dominum defendere parati essent, ipsum depōni lecticam et quietos pati, quod sors ferret, jussisse. Ejecti e lectica caput praecisum est; manus quoque abscisae; caput relatum est ad Antonium ejusque jussu cum dextra manu in rostris positum. Id scelus anno quadragesimo tertio factum est.

Omnes sciunt Ciceronem hominem eruditissimum fuisse. Nam non solum Latinarum, sed etiam Graecarum litterarum peritissimus fuit. Praeterea magnum in eo scriptoris ingenium fuisse constat. Itaque multos libros composuit, ut cives ad litterarum studia excitaret.

Ответьте на вопросы:

1. Quo anno Caesar occisus est? 2. Quo anno Cicero occisus est? 3. Cujus jussu Cicero occisus est? 4. In quem Cicero orationes habuit? 5. Quis a senatu hostis patriae nominatus est? 6. Quid de Cicerone putas? Quid de Antonio?

Тема 40. Oratio obliqua

1. Переведите прямую речь в косвенную:

1. Caesar legatis Helvetiorum respondit: «Ego diem ad deliberandum sumam; si quid vultis, ad Idus Apriles revertimini». 2. Ariovistus Caesari respondit: «(Ego) prius in Galliam veni, quam

populus Romānus. Quid tibi vis? Cur in meas possessiōnes venis?»
3. Caesar putābat: «Sine pugna rem conficere possum. Cur enim in proelio aliquos meos milites amittam? Cur vulnerari eos patiar?»

2. Заполните пропуски, раскрыв скобки:

Considius, equo admisso, ad Caesarem accurrit, dicit montem, quem a Labiēno occupari is ... (volo), ab hostibus ... (teneo). Multo denique die per exploratores Caesar cognovit et montem a suis militibus ... (teneo) et Helvetios castra ... (moveo) et Considium, timore perterritum, pro viso id ... (renuntio), quod non ... (video).

3. Переведите на русский язык:

A. De Diogene

1. Diogenes philosophus dicebat omnes homines sanos esse cupere, plerisque autem omnia, quae contraria valetudini essent, facere.

2. Cum Plato philosophus hominem ita definivisset: «Homo est animal bipes implume», – et discipuli ejus recte sic hominem definitum esse censuissent, Diogenes gallum, cui pennas evellerat, in scholam Platōnis attulit et hunc hominem Platōnis esse dixit.

3. Diogenes, cum certamina Olympia spectans coronā se ornavisset, admonitus est, ut observaret ludorum leges, quibus ei coronā se ornare non liceret. Diogenes autem negavit se quoddam facinus committere, cum coronā ornatus incederet. Deinde, cum interrogatus esset, num in certamine superior fuisset, quod hoc honore dignum se putaret, respondit se magnos fortissimosque adversarios superavisse: inopiam, exsilium, iram, tristitiam, metum; itaque ceteris victoribus dignitate non cedere.

4. Cum Diogenes ab amicis interrogatus est, quomodo sepeliri cuperet, projici se jussit inhumatum. Quo responso admirati interrogaverunt, nonne aves ferasque timeret. «Minime vero, – inquit, – sed baculum, quo abigam, prope me ponite». Amicis quaerentibus, quomodo eas abigat, cum nihil sentiat, respondet se nescire, quomodo ei, nihil sentienti, aves feraeque obesse possint.

B. De Hannibale

1. Fama est Hannibalem annorum fere novem, pueriliter blandientem patri Hamilcari, ut duceretur ab eo in Hispaniam, jurejurando adactum esse se, cum primum posset, hostem populo Romano fore.

2. Fama est in somno ab Hannibāle iuvēnem divinā specie visum esse, qui se ab Jove dicēret ducem in Italiam Hannibāli missum; proinde sequeretur neque usquam a se deflecteret oculos. Pavīdum primo neque circumspicientem aut respicientem secūtum; deinde natūrā ingenii humani, cum, quid esset, quod respicere vetitus esset, scire vellet, temperare oculis nequivisse; tum vidisse post se serpentem mirā magnitudine ferri. Quaerentem, quid prodigii esset, audivisse vastitatem Italiae esse; pergēret porro ire nec ultra requireret sineretque fata in occulto esse.

C. Gaius Julius Caesar

1. C. Julius Caesar anno centesimo ante aeram nostram natus est. Eo tempore, primo ante aeram nostram saeculo, totus fere orbis terrarum, tum notus, in potestate Romanorum fuit. Sed, crescente rei publicae magnitudine, domi discordiae civiles, ab hominibus dominandi cupidis concitatae, ortae sunt; qui, neglecta senatus populique auctoritate, vi armorum summum imperium obtinere voluerunt. Postquam aliquot eorum rem publicam ad arbitrium suum administraverunt, Caesar novam formam imperii Romae instituit.

C. Julius Caesar, nobilissimā familiā ortus, annum agens sextum decimum, patrem amisit. In paterna domo bene educatus litterasque et artes edoctus, postea ipse ad humanitatis studia se contulit, cum et clarissimis magistris uteretur et elegantissimos oratores attente in Foro et in judiciis audiret. Inter ceteras virtutes, quibus liberaliter donatus erat, animi ejus constantia maxime laudanda est, quam juvenis cum periculo suo ostendit. Nam, cum uxorem duxisset, cujus pater erat inimicissimus Sullae, et hic, eo tempore in re publica potentissimus, voluisset, ut eam repudiaret, Caesar non oboedivit. Postrimo per propinquos suos a Sulla veniam impetravit. Constat Sullam primo precantibus pro Caesare negavisse, sed, cum illi constantius petivissent, tandem exclamavisse: «Vincite, si ita vultis. Tantummodo memento eum, pro quo tanto opere precamini, aliquando nobilibus exitiosum fore. Multi Marii in isto juvene insunt».

2. Prima stipendia in Asia fecit; ibi in cujusdam urbis expugnatione coronā civicā donatus est (haec coronā donabatur ei, qui civem Romanum in pugna servavit). Cum inde in Italiam reverteretur, a piratis captus est mansitque apud eos prope quadraginta dies. Per omne id tempus magnā cum dignitate se gessit, saepe quasi per jocum dicens se, cum liberatus esset, omnes eos crudelissimo suppli-

cio affectūrum. Interea comītes dimīsit, qui pecuniam expedirent. Viginti talenta pirātae postulavērunt, ille quinquaginta datūrum se promīsit. Quibus numerātis, expositus in litus, statim in maritimam urbem, quae proximē abērat, properāvit ibique contractā classe, profectus est in eum locum, in quo pirātae erant, partem classis eōrum fugāvit, partem demersit, aliquot naves cepit, pirātas captos cruci affixit.

3. Romae omnes honōres ex ordīne assecūtus est. Fuit autem ambiōnis plenus summosque honōres a prima aetāte cupīvit. Narrant, eum, cum aliquando Alpes transīret et ad conspectum paupēris cujusdam vici comītes per jocos inter se disputārent, num illic etiam esset ambiōni locus, serio dixisse malle se ibi primum esse, quam Romae secundum. Itāque, dum publico munere fungebātur, id diligentissimē agēbat, ut viam sibi ad regnum parāret cumque intellegēret id se nisi per popūlum assēqui non posse, eum omni modo sibi conciliāre studēbat. Aedilis creātus, et ludos magnificos edidit et Forum Capitoliumque aedificiis exornāvit. Consul declarātus, legem tulit, ut ager Campānus plebi dividerētur. Ob eas res maximam apud plebem gratiam assecūtus est. Cum Gnaeo Pompejo et Marco Crasso, potentissimis tum in re publicā viris, societātem iniit, ne quid fiēret in re publicā, quod ulli ex tribus displicuisset.

4. Consulātu functus, Caesar Galliam provinciam accēpit, ut eam per quinque annos administrāret. Gessit autem eam novem annos, in quibus totam regiōnem, quae Oceāno, Rheno flumīne, Alpibus, finibus provinciae Romānae continebātur, imperio Romanōrum subēgit; Germānos, qui terras, trans Rhenum sitas, incolēbant, ponte facto aggressus, maximā clade affēcit; Britannos quoque, antea ignōtos, aggressus est ab eis, proelio victis, obsides pecuniamque accēpit. In his bellis Caesar peritissimum se artis imperatoriae et labōris patientissimum praestitit; in agmīne nonnunquam equo, saepius pedibus anteit, capite detecto, sive sol, sive imber erat, longissima itinēra incredibili cum celeritate conficiēbat.

5. Postquam Crassus in Asia interfectus est, solus Pompejus Caesārem potentiā aequābat. Sed jam pridem Pompejo suspectae erant Caesāris opes, Caesāri gravis auctoritas Pompeji: nec hic ferēbat parem, nec ille superiorem. Itāque, cum Caesar postulavisset, ut sibi absenti altērum consulātum petere liceret, id ei, Pompejo obstante, negātum est. Hanc injuriam ut vindicāret, in Italiam contra Pom-

pejum exercitum duxit. Cum ad rivum, qui provinciam Galliam ab Italia dividēbat, venisset, dubius, quid faceret, constitisse traditur; deinde, equo concitato, rivum trajecisse, cum diceret: «Jacta alea est!» In itinere multas urbes in ditionem accēpit. Pompejum persēquens, gravissima hieme Adriaticum mare trajecit et, in Epirum profectus, apud Pharsalum oppidum copias Pompeji acerrimo proelio vicit. Castra Pompejana, pretiosissimarum rerum plena, praeda victoris facta sunt. Victus Pompejus ad Aegypti regem profugit, qui eum interfici jussit, quia putabat se hoc facinore Caesari gratum esse facturum. Pectus Pompeji in praesentia uxoris et liberorum mucrone percussus, caput praecisum, truncus in Nilum coniectus est. Cum Caesar in Aegyptum venisset, caput Pompeji ad eum delatum est, qui, eo viso, lacrimas non continuit juravitque se hanc crudelitatem ulturum esse.

Deinde bellum inter Caesarem et regem Ptolemaeum ortum est. Postquam rex fugiens in flumine submersus est, Caesar regnum Cleopatrae, sorori ejus, virgini eximiae pulchritudinis, tradidit. Inde Asiam et Africam peragravit et unius anni spatio inimicos sibi reges reliquiasque Pompejanarum copiarum devicit.

6. Regressus Romam omnibus, qui contra eum arma tulērant, ignovit et quinquies triumphavit. A senatu tantis honoribus ornatus est, quantis nemo antea, et, cum dictator perpetuus esset dictus, regiam fere potestatem obtinuit. Nomen quoque imperatoris ei datum est. Ex eo tempore «Imperator Caesar» appellabatur.

Primo diligentissime operam dedit, ut rem publicam, bellis civilibus labefactam, bonis legibus firmaret. Qua in re optime de populo Romano meritus est. Provincias, armis subactas, in florentem statum restituit. Inter cetera fastos correxit, pridem vehementer turbatos: annum ad cursum solis accommodavit, ut trecentorum sexaginta quinque dierum esset et unus dies quarto anno Februario mensi intercalareretur. Hi fasti usque ad finem aevi sexti decimi in multis Europae terris manserunt, in nostra terra – ad initium aevi vicesimi.

At vero ex quo tempore unus orbis terrarum dominus exstitit, multis invisus esse coepit, qui liberam rem publicam esse et a senatu consulibusque, non ab uno administrari cupiebant. Huc accedebat, quod nondum oblita est Pompejanorum potentia, quam Caesar Pharsalico proelio fregerat.

7. Itaque conjuratum in eum est a sexaginta circiter viris decretumque eum in senatu Idibus Martiis confodi. Plurima indicia futuri periculi obtulisse dei immortales dicuntur. Nam et Calpurnia uxor, somnio perterrita, orabat, ut Idibus Martiis domi maneret, et Caesari visus est ipse supra nubes volitare et Jovi dextram porrigere; quin etiam augur quidam praedixit, ut proximos dies triginta, quasi fatales, caveret, quorum ultimus erat Idus Martiae. Hoc igitur die Caesar auguri: «Scisne, – inquit, – Idus Martias jam venisse?» At is: «Scisne illas nondum praeterisse?» Cum Caesar eo die in senatum venisset, sedentem conjurati circumsteterunt et statim unus, aliquid rogare se simulans, propius accessit abnuntique preces Caesari togam ab utroque humero manu apprehendit. Deinde alius a tergo eum vulneravit. Primo Caesar se defendere conabatur; postea, ubi animadvertit undique se strictis pugionibus peti, togam caput obvolvitur et ita tribus et viginti vulneribus confossus cecidit.

8. Sic periit Imperator Caesar omnium luctu sexto et quinquagesimo aetatis anno. Anno quadragesimo quarto ante aeram nostram id accidit. Percussorum autem fata quoque non prospere evenerunt. Neque triennium quisquam eorum vixit, neque suam morte mortuus est. Omnes, alius alio casu: pars naufragio, pars proelio, — perierunt; nonnulli se ipsi eodem pugione, quo Caesarem violaverant, interfecerunt.

Тексты для обязательного заучивания

«**Gaudeāmus**» – старинная студенческая песня, возникшая в эпоху средневековья в Западной Европе и достаточно популярная в студенческой среде и в наши дни. Ее мелодию сочинил, как считают, нидерландский композитор XV века Жан Окегем (или Окенгейм). В 1874 г. П. И. Чайковский переложил эту мелодию для четырехголосного мужского хора. Под эту музыку ее поют и сейчас.

Gaudeamus

1

Gaudeāmus, igītūr,
Juvēnes dum sumus!
Post jucundam juventūtem,
Post molestam senectūtem
Nos habēbit humus. (bis)

2

Ubi sunt, qui ante nos
In mundo fuēre?
Transeas ad supēros,
Transeas ad infēros,
Hos si vis vidēre! (bis)

3

Vita nostra brevis est,
Brevi finietur;
Venit mors velociter,
Rapit nos atrociter,
Nemini parcetur! (bis)

4

Vivat academia!
Vivant professōres!
Vivat membrum quodlibet!
Vivant membra quaelibet!
Semper sint in flore! (bis)

5

Vivant omnes virgīnes
Gracīles, formōsae!
Vivant et muliēres
Tenērae, amabīles,
Bonaе, laboriōsae! (bis)

6

Vivat et res publīca
Et qui illam regunt!
Vivat nostra civitas,
Maecenātum caritas,
Qui nos hic protēgunt! (bis)

7

Pereat tristitia,
Pereant dolōres!
Pereat diabōlus,
Quivis antiburschius
Atque irrisōres! (bis)

Gaius Valerius Catullus – Гай Валерий Катулл (ок. 87 – ок. 54 до н. э.), один из самых знаменитых римских поэтов, родился в городе Вероне (северная Италия). Примерно в начале 60-х гг. он приехал в Рим, где вступил в литературный кружок молодых поэтов «неотериков», т. е. «новых поэтов» (термин «неотерики» введен Цицероном). В отличие от поэтов старшего поколения, воспевавших гражданские идеалы и разрабатывавших в основном исторические сюжеты, неотерики ввели в римскую поэзию новое направление – лирическое. Они провозгласили интерес к человеку как к отдельной личности, интерес к его частной жизни, к его интимным переживаниям. От поэтов-неотериков до нас дошли только стихотворения Катулла, всего 116 стихотворений. (В это число входят и довольно крупные произведения: поэма на мифологический сюжет и две свадебные песни – эпиграммы).

Но наибольшую славу поэту принесли любовные стихотворения, посвященные Лесбии, под именем которой Катулл воспел свою возлюбленную – римскую аристократку Клодию, славившуюся необыкновенной красотой.

Vivāmus, mea Lesbi(a), atqu(e) amēmus,
Rumoresque senum severiōrum
Omnes unīus aestimēmus assis.
Soles occīdēr(e) et redīre possunt:
Nobis cum semel occīdit brevis lux,
Nox est perpetu(a) una dormienda.
Da mi basia mille, deinde centum,
Dein mill(e) altēra, dein secunda centum,
Deind(e) usqu(e) altēra mille, deinde centum.
Dein, cum milia multa fecerīmus,
Conturbabīmus illa, ne sciāmus
Aut ne quis malus invidēre possit,
Cum tantum sciet esse basiōrum.

Quintus Horatius Flaccus (65 – 8 до н. э.) – Квинт Гораций Флакк родился в южноиталийском городе Везувии. Отец его был вольноотпущенником, однако имел небольшое поместье и смог дать сыну блестящее и разностороннее образование: Гораций учился сначала в Риме, потом в Афинах, где познакомился с греческой литературой, философией, искусством.

После убийства Цезаря Гораций участвовал в гражданской войне на стороне республиканцев, поэтому после поражения в битве при Филиппах (42 г.) его поместье было конфисковано в пользу ветеранов, сражавшихся на стороне Августа. Гораций был вынужден зарабатывать средства на жизнь работой писца. Однако уже в 38 г. Гораций знакомится с Мecenатом, который стал его близким другом и покровителем. Мecenат подарил Горацию небольшое поместье в Сабинских горах, что позволило последнему целиком посвятить себя поэзии. Дружба с Мecenатом привела к сближению Горация с Августом, которого он оценил как правителя, установившего мир (pax Romana) и поощрявшего занятия литературой и искусством. Гораций становится «придворным» поэтом, пишет стихи, прославляющие Августа и его семью, однако от предложенной ему должности секретаря Августа отказывается, цenia свою независимость.

Гораций не разделяет взглядов неотериков на поэзию, но не примыкает и к архаистическому направлению. Ориенти-ром

для Горация служит греческая поэзия, и он считает своей главной заслугой то, что «первым переложил эолийскую песнь на итальянские лады», как он пишет в своем знаменитом «Памятнике», породившем множество подражаний (Державин, Пушкин и др.).

Диапазон творчества Горация чрезвычайно широк. Он пишет крупные произведения на морально-философские, литературные и этические темы, и «легкие» стихотворения, проникнутые духом эпикурейской философии, воспевающие любовь, дружбу, вино. При этом любовь у Горация не выходит за пределы легкого увлечения.

Ad Melpomēnen

Exēgi monument(um) aere perennius
Regalique situ pyramid(um) altius,
Quod non imber edax, non Aquil(o) impotens
Possit diruer(e) aut innumerabilis
Annorum series et fuga temporum.
Non omnis moriar, multaque pars mei
Vitabit Libitin(am); usqu(e) ego postera
Crescam laude recens, dum Capitolium
Scandet cum tacita virgine pontifex.
Dicar, qua violens obstrēpit Aufidus
Et qua pauper aquae Daunus agrestium
Regnavit populor(um), ex humili potens,
Princeps Aeolium carmen ad Itālos
Deduxisse modos. Sume superbiam
Quaesitam meritis, et mihi Delphica
Lauro cinge volens, Melpōmēne, comam.

Молитвы на латинском языке

Ave Maria

Ave Maria, gratia plena, Domīnus Tecum, benedicta es in mulieribus et benedictus fructus ventris Tui Jesus. Sancta Maria, Mater Dei, ora pro nobis peccatoribus nun et in hora mortis nostrae. Amen.

Pater noster

Pater noster, qui es in caelis,
sanctificetur nomen tuum,
adveniat regnum tuum,
fiat voluntas tua,
sicut in caelo et in terra.
Panem nostrum cotidianum
da nobis hodie,
et dimitte nobis debita nostra,
sicut et nos dimittimus
debitoribus nostris,
et ne nos inducas in tentationem,
sed libera nos a malo.
Amen.

Алгоритмы грамматического анализа и перевода латинских фраз и предложений

При переводе предложений необходимо сделать грамматический анализ отдельных слов по следующей схеме:

- определить часть речи;
- определить начальную форму каждого слова;
- у глагола указать основные формы и спряжение, время, наклонение, залог, лицо, число;
- у существительных и прилагательных – род, склонение, падеж, число;
- у местоимений – разряд, падеж, род;
- у числительных и наречий – разряд.

1. Методика грамматического анализа и перевода простого предложения

При переводе на русский язык латинского предложения перед студентом встает двойная задача: определить форму слова и найти его значение по словарю.

Определение формы слова чрезвычайно важно потому, что латинский язык, располагающий богатой системой флексий, допускает в принципе свободный порядок слов, при котором место слова в предложении не отражается на его синтаксической

функций. В этом отношении латинский язык сходен с русским, но существенно отличается от языков с аналитическим строем (английского, французского – в значительной степени – немецкого).

При спряжении латинского глагола не употребляются личные местоимения: характеристика лица и числа содержится в личном окончании глагола. Поэтому простейшее предложение может состоять в латинском языке всего лишь из одного слова – глагола в личной форме с подразумеваемым личным местоимением в функции подлежащего, напр., *legis* "ты читаешь", *legunt* "они читают". Чтобы правильно перевести такое предложение на русский язык, надо прежде всего определить лицо и число глагола. Напр., *laborāmus*: окончание *-mus* указывает на 1-е л. мн. ч., следовательно, перевод надо начать с личного местоимения «мы».

Отбросив личное окончание *-mus*, мы одновременно нашли основу глагола *laborā-*, конечное *ā* указывает на его принадлежность к I спр., следовательно, в словаре надо искать форму 1-го л. ед. ч. *laboro* (из *labora-o*); находим в словаре глагол I спряжения: *laboro, āvi, ātum, āre* 1 "работать". Предложение *laborāmus* надо перевести "мы работаем".

При глаголе-сказуемом может быть употреблено обстоятельство, выраженное наречием. При переводе следует поставить его, по нормам русского синтаксиса, между личным местоимением – подлежащим и глаголом-сказуемым: *bene laborant* "они хорошо работают".

Из последнего примера видно, что личная форма глагола ставится обычно в конце латинского предложения, после второстепенных членов. Это правило распространяется и на глагольное составное сказуемое с инфинитивом: *laborāre debēmus* "мы должны работать" (в латинском предложении инфинитив *laborāre* предшествует личной форме *debēmus*, в русском – порядок обратный). *Semper bene laborāre debēmus* "мы должны всегда хорошо работать". Здесь личной форме *debēmus* предшествует не только инфинитив *laborāre*, но и два наречия: *semper* "всегда", обстоятельство времени, и *bene* "хорошо", обстоятельство образа действия.

2. Методика грамматического анализа и перевода простого распространенного предложения

Перевод любого предложения должен быть тесно связан с его грамматическим анализом. Не следует переводить латинское предложение слово за словом. Поскольку порядок слов в латинском языке свободный, никогда нет гарантии в том, что слово, стоящее в предложении на первом месте, является его подлежащим. Кроме того, в латинском предложении может вообще отсутствовать лексически выраженное подлежащее. Поэтому прежде всего надо найти сказуемое, которое определяется по внешним признакам.

Libros bonos legēre debēmus. Единственным словом, которое может быть глаголом в личной форме, является здесь debēmus – окончание -mus указывает на 1-е л. мн. ч. и обязывает нас употребить в качестве подлежащего личное местоимение "мы". Итак, "мы должны". Мысль не закончена, и завершение ее естественно искать в форме инфинитива ("что делать?"); этому условию удовлетворяет форма legēre. Итак, "мы должны читать". Legēre, как и русское "читать", – переходный глагол, требующий прямого дополнения. Падежом прямого дополнения является accusativus без предлога; его внешний признак – окончание -am или -um (в ед. ч.), -as или -os (во мн. ч. женск. и муж. рода), -ā (во мн. ч. ср. рода). В нашем предложении два слова оканчиваются на -os: значит, они оба принадлежат ко II склонению и стоят в асс. pl.; одно из них, по-видимому, является определением, а другое – определяемым. (Если бы это были однородные члены, они были бы соединены союзом et "и" или, разделены запятой.) Обращаемся к словарю и находим два слова с исходной формой liber: одно liber, bri m "книга", другое liber, ēga, ētum "свободный". Естественно, что дополнением к глаголу "читать" будет вин. пад. мн. ч. от слова "книга". Кроме того, асс. pl. от прилагательного liber был бы libēros. Осталось найти значение определения bonos; так как это прилагательное, то его словарная форма bonus, a, um "хороший". Итак, "мы должны читать хорошие книги".

Более частым случаем является предложение, в котором подлежащее выражено особым словом; но и здесь перевод надо

начинать с глагола, ибо только он безошибочно указывает на лицо и число подлежащего.

Stellae nautis viam monstrant. Сказуемое *monstrant* определяется по окончанию *-nt* (3-е л. мн. ч.). По основе *monstra-* находим словарную форму глагола I спр. и его значение: *monstro* (из *monstra-o*), *āvi*, *ātum*, *āre* "показывать"; *monstrant* "показывают". Форма сказуемого указывает на то, что подлежащее должно быть также во множественном числе. Возможные окончания пом. пл. *-ae* (I скл.), *-i*, *-a* (II скл., муж. и ср. р.). В нашем примере подлежащим может быть только слово *stellae*: *stellae monstrant* "звезды показывают". Так как *monstrant* – глагол переходный, от него должно зависеть прямое дополнение. В нашем примере прямым дополнением может быть только слово *viam* – асс. sg. I скл. – "путь". Итак, "звезды показывают путь". Остается слово *nautis*. Окончание *-is* указывает на *dat.* или *abl. pl.* Смысл предложения подсказывает, что в данном случае *nautis* – дательный падеж косвенного дополнения – "морякам".

Схема предложения:

Stellae monstrant

что?	кому?
<i>viam</i>	<i>nautis</i>

Перевод: "Звезды показывают путь морякам".

Разобранное предложение является примером наиболее обычного, прямого порядка слов, свойственного повествовательному предложению, эмоционально нейтральному. Оно может быть расширено за счет определений подлежащего и дополнения, помещаемых обычно после определяемого слова, и за счет обстоятельств, находящихся, как правило, перед глаголом. Косвенное дополнение обычно ставится перед прямым дополнением. *Filius meus filio tuo librum bonum libenter dat* "мой сын охотно дает твоему сыну хорошую книгу".

Если говорящий хочет отметить особую смысловую важность того или иного члена предложения, он может поставить его на необычное место, напр., вынести в начало или конец предложения: *Inter bella et pericula non est locus otio* "среди войн и опасностей нет места (букв.: не есть место) праздности". Вы-

несенное в начало предложения обстоятельство времени *inter bella et pericūla* подчеркивает, что именно в тяжелое военное время людям не до отдыха; решительность высказывания усиливается также тем, что сказуемое с отрицанием поставлено перед подлежащим: *non est locus* "нет места".

